2

# D. IOANNIS PISCATORIS HERBONENSIS,

ET

# M. *Ludovici Lucij* Basiliensis,

Scripta qædam adversaria;

DE

Causâ meritoriâ nostrî coram Deo Justificationis:

*unâ cum*

THOMÆ GATAKERI Londinatis *Animadversionibus in utraq;.*



*LONDINI,*
Imprimebatur, typis *G. M.* pro *Edwardo Brewstero* ad *Fletæ-Pontem*, & *Fulconæ Cliftono* sub S. *Margaretæ Templum* in *Novo Foro Piscario.*
M. DC. XLI.

# Ad Scriptum M. *Ludovici Lucij* De Causâ meritoriâ nostrî coram Deo Iustificationis, Responsio D. Johannis Piscatoris.

Una cum Animadversionibus THO: GATAKERI *in utrumque.*

---

## Sectio Prima.

I.

### *Scriptum L. Lucij.*



n.1. *Quæstio: Utrùm ad perfectam nostri coram Deo Iustificationem, non tantùm passionis & mortis, verùm etiam obedientiæ Christi, qam legi divinæ agendo præstitit, meritum, credentibus imputetur?* L. L.

n.2. *Affirmativam hujus qæstionis partem nos tuemur, qi cum doctrinâ publicâ Ecclesiarum reformatarum, de Iustificatione, facimus; qalis qidem illa in Harmoniâ Confeßionum expressa est.*

n 3. Negativam *defendit D.* Iohannes Piscator.

Animadversio Th. Gatakeri.

T.G. Ad qæstionem propositam ego respondendo distinxerim. Consideratur Christi obedientia dupliciter, vel ut actus legi divinæ conformis, ab internâ sanctitate profluens; vel ut actus humiliationis, qoad Christi per se considerati personam, indebitæ: potuit enim Christus perfectè sanctus ac justus extitisse, etiamsi in coelos à partu ortúq; statim receptus, nullos ejusmodi serviles actus præstitisset. Obedientiæ meritum hoc respectu consideratæ nobis imputari libens concesserim, ut qæ Justificationis rationem ex parte constituat: illo minimè; haud magis qàm puritatem naturæ, qæ ad integritatem personalem, sive formalem necessariò reqirebatur. n. 1.

Lud. Lucius ipse, Theolog. Christian. l. 1. de Humiliat. Christ. p. 58. *Status humiliationis est conditio personæ Christi, qando ille in his terris, à primo incarnationis momento sese magis ac magis ultrò demisit, Patri obediens factus, ad ignominiosissimam usqe crucis mortem. Humiliationis Christi duæ sunt partes: Humilitas incarnationis, & obedientiæ. Humilitas incarnationis est, qandò Christus, cum in formâ Dei esset,* &c. *gloriâ tantâ se qasi abdicando, formam assumpsit consimilem carni peccato obnoxiæ, servilem, & injurijs expositam, in qâ ad vitæ usq; in his terris finem, cum hominibus conversatus est,* &c *Obedientia Christi est altera humiliationis pars, qando is per omnia Deo Patri suo obediens factus est, etiam ad mortem crucis usq. Phil.* 2. 8. *Heb.* 5. 8.] Hæc n. 2.

autem

autem omnia, qatenus humiliations rationem obtinent, eatenus & satisfactionis naturam induunt; atqe eâ ratione nobis ad justificationem nostri imputantur.

*Responsio* Jo. Piscatoris.

n. 1. Qod ad doctrinam publicam in Harmoniâ expressam, attinet: ego in Apologiâ meâ ad Assertionem orthodoxam, demonstravi, doctrinam meam cum non-nullis Confessionum illarum consentire. Quò M. Lucium brevitatis studio remitto. I. P.

n. 2. Interim fateor atq; profiteor, me negativam propositæ qæstionis partem defendere.

n. 3. Confessionum formulæ hac in causâ parum explicatè loquuntur: qod idcircô factum, qia conditores earum de lite istâ forsan nihil cogitarint. T.G.

Sectio 2.

*Scriptum L. Lucij.*

*Affirmationis* κατασκευή.

n. 1. *Omne Christi ut unici & perfecti nostri redemptoris ac servatoris meritum, ad perfectam coram Deo justificationem; credentibus imputatur.* L. L.

*Atqi non tantùm meritum paßionis & mortis, ad nos a mortis reatu, & legis maledictione, redimendos; verùm etiam obedientiæ activæ, ad nobis jus vitæ æternæ, & benedictionem filiorum Dei recuperandum; est Christi, ut unici & perfecti nostri*

*redemptoris meritum.*

*Qocirca non tantùm passionis & mortis, sed etiam obedientiæ activæ meritum, ad perfectam coram Deo justificationem, credentibus imputatur.*

## *Animadversio* Th. Gatakeri.

T.G. Multis modis peccat hæc ratio. n. 1.

1°. Meritum omne Christi ad justificationem restringit: at Christus præter justificationem, alia nobis insuper meruit, v.g. adoptionem, sanctificationem, *&c.* ergò propositio tutò negari potest.

2°. Presumit aliud esse redimi a morte, aliud vitæ jus obtinere; cum hæc sint contraria immediata, mors & vita. Ideo & assumptio negari posset, prout istic concipitur.

3°. Infulcit, qæ nec in medio termino, nec in qæstione habentur.

4°. Ea qæ infulciuntur, sunt qæstione ipsâ non minus contraversa.

## *Responsio* Jo. Piscatoris.

I. P. In minore insertæ sunt sententiæ alienæ, qæ in qæstione concludendâ non continentur; nempe duæ hæ: una; qod *meritum passionis & mortis Christi pertineat, ad nos, à mortis reatu & legis maledictione, redimendos:* altera; qòd *meritum obedientiæ activæ pertineat, ad nobis jus vitæ æternæ, & benedictionem filiorum Dei recuperandum.* Qarum sententiarum prior vera est simpliciter intellecta; sed intellecta exclusivè (ut sanè antithesis postulat) est falsa. n. 1.

Docet

Docet enim *Paulus*, Gal. 3. v. 13, 14. Christum nos, morte suâ, non solùm *redemisse a maledictione Legis*; sed etiam nobis acquisivisse *benedictionem Abrahæ promissam*, *i.e.* vitam æternam. Unde jam percipitur, sententiam posteriorem esse falsam; nisi dicere velimus, obedientiam mortis Christi non suffecisse, ad jus vitæ æternæ, & benedictionem filiorum Dei nobis acqirendum. Id qòd dignitati atq; efficaciæ illius obedientiæ derogaret.

n. 1. Jam duabus istis sententijs remotis, Minor sic erit. *Atqi non tantùm meritum passionis & mortis, verum etiam obedientiæ activæ Christi, est Christi ut unici, & perfecti nostri redemptoris & servatoris meritum.* Hanc sententiam nego, qia [a] obedientiam activam non præstitit Christus, ut per illam nos redimeret: nusqam hoc tradit Scriptura; sed redemptionem nostrî non nisi obedientiæ passivæ Christi, adscribit. Activam verò obedientiam præstitit Christus, ut esset idoneus ad passivam pro nobis præstandam, & ad nos per illam redimendos. Hoc docet *Paulus* Heb. 7. v. 26, 27. item *Petrus* 1 Pet. 1. 18, 19.

n. 2. [a] Imo præstitit, ut per illam nos redimeret, quatenus formæ servilis indutæ rationem habuerat, Gal. 4. 4, 5. T.G.

*Minoris illustratio & e sacris literis comprobatio.* L. L.

n. 2. *Ut perfecta nostra miseria sita erat* [a] *non tantùm in amißione boni, nempe juris vitæ æternæ; verùm etiam in sensu mali, reatu mortis, & maledictionis æternæ: ita è contrario perfecta nostra felicitas posita est, non tantùm in ablatione mali; & liberatio-* I P.

*ne reatu mortis & maledictionis; verùm etiam in restitutione boni, & immissione in jus vitæ æternæ.* Ioh.3.16. Gal.3.13,14. *Utrumqe proinde hoc præstare oportebat illum, qi unicus & perfectus noster redemptor & servator futurus* [b] *erat. At verò utramq; hanc perfectæ redemptionis nostri partem, à Christo præstitam esse, quantum qidem ad meritum illius in hâc vitâ, testatur* Paulus *disertè,* Gal.4.4,5. *Et mortis qidem reatum obolendo, maledictionemq; à nobis auferendo, passione ac morte suâ,* Gal.3.13. Heb 2.14,15. *Justitiam verò & jus vitæ æternæ acqirendo obedientiâ suâ, qam legi, agendo præstitit,* Rom.5.17,18,19. & Cap.10.4. & seqq.

T.G. [a] An non ista sunt contraria immediata, mors & vita, mortis reatus, & vitæ jus? qis enim vel cogitatione fingere potest, hominem a morte restitutum, qi non vivat? a mortis reatu liberum, qi non vitæ jus obtineat? n.3.

[b] Qis hoc unqam negavit? aut qis negaverit? imò qi illud præstitum concedit, idem hoc etiam conseqentiæ necessariæ vi irrefragabili concedat necesse est: cum sine hoc illud planè esse non possit. Testimonia itaq; frustra hic prostant. Neq; enim probant actus hos esse reipsâ, à se invicem diversos, aut rebus diversis à Christo præstitis atqe exhibitis produci. n.4.

I.P. Primum, nescio qid sibi velint verba illa, *Qantum qidem ad meritum illius in hâc vitâ:* qibus innui videtur, Christum adhuc nobis mereri in vitâ alterâ: id qod puto nusqam in Scripturâ tradi. Deinde nego abolitionem reatûs, abolitionemq; maledictio- n.3.

dictionis, & acqiſitionem juſtitiæ, juriſq; vitæ æternæ, eſſe diverſas redemptionis noſtri partes: qia reipſâ unum & idem ſunt; verbis tantum differunt. Nam hoc ipſo qòd reatus hominis aboletur, juſtitia ei acqiritur. Qamprimùm enim homo deſinit eſſe reus; incipit eſſe juſtus: qùm inter reatum & juſtitiam nihil ſit medium. Pari ratione, qum aufertur ab homine maledictio, tribuitur ei benedictio. Unde *Paulus* benedictionis collationem, ex maledictionis ablatione deducit. Gal. 3. 13, 14.

n. 4. Porrò Christum acqiſiviſſe nobis juſtitiam, & jus vitæ æternæ obedientiâ ſuâ, qam præſtitit legi agendo, non poteſt probari ex locis allegatis. Verba loci, Rom 5. 17, 18, & 19. ſunt hæc: *Etenim ſi per unius illius lapſum mors regnavit per illum unum: multò magis ij qi redundantiam illius gratiæ, & doni juſtitiæ, accipiunt, in vita regnabunt per illum unum Ieſum Chriſtum. Nempe igitur ſicut per unius lapſum, reatus venit in omnes homines, ad condemnationem: ita per unius juſtitiam* [donum redundavit] *in omnes homines ad juſtificationem vitæ. Sicut enim per illam inobedientiam, unius illius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi illi: ita per illam unius illius obedientiam, juſti conſtituuntur multi illi.*

n. 5. Hactenus verba Apoſtoli; ubi nulla mentio obedientiæ Chriſti, qam præſtitit legi; ſed obedientiæ, qam præſtitit a ſpeciali mandato Patris de patiendo & moriendo pro Electis. Id qod percipitur ex antitheſi, qâ obedientia hæc opponitur inobedientiæ *Adami*, qâ ille tranſgreſſus eſt ſpeciale mandatum, de abſtinendo a fructu

certæ arboris in Paradiso. De qa eâdem loquitur idem Apostolus, Heb. 10. 5. & seq.

T.G. a Mandatum Patris generalius videtur, de servi formâ induendâ, in eaqe officia illa omnia præstando, qæ tum hominibus, tum Patri suo exhibuit Christus homo, qatenus humiliationis rationem in se habuerunt, qamdiu in terris istic agebat. n. 5

I.P. Atqe hoc ipsum, nempe, Christum justitiam nobis acqisivisse suâ morte, docet *Chrysostomus*, qi mihi infrà opponitur. Verba ejus hæc sunt, Homil. decimâ in Epist. ad Romanos, in explicatione capitis 5. *Propter hoc enim & Christus typus est* Adami. *Qomodo illius typus? inqit? Qoniam, qemadmodum ille, mortis ex vetito cibo inductæ, causa factus est omnibus qi ex illo sunt; licèt ex probibito ligno non comederint: Sic & Christus suis qotqot ex ipso sunt, tametsi justitiam non fecerint, justitiæ factus est conciliator, qam per crucem omnibus nobis donavit.* n. 6.

Alterius loci ex Rom. 10. 5. & seq. verba sunt hæc: *Nam finis legis est Christus, ad justitiam cuivis credenti.* Moses *enim describit justitiam, qæ est ex lege, his verbis;* Qi præstiterit ea, vivet per illa. *Atqe ex fide est justitia ita dicit;* Ne dixeris in corde tuo, qis ascendet in cœlum? *Hoc est, Christum ex alto deducere,* aut qis descendet in abyssum? *Hoc est, Christum ex mortuis reducere.* Hactenus verba *Pauli,* ubi rursus nulla mentio obedientiæ Christi, qam legi præstitit: sed obedientiæ mortis; ut patet ex versu 7. Obedientiam autem illam Christus non præstitit legi, n. 7.

sed

ſed mandato ſpeciali.

## Sectio 3.
### *Scriptum Lud Lucij.*

n 1. *Negativæ argumentorum potiſſimorum ἀνασκευή.* L.L.

I. Qia juſtificatio noſtri coram Deo, & remiſſio peccatorum, ſunt reverâ prorſus unum & idem; ut pateat ex Rom. 4.6,7.

Reſp. *At hoc ſimpliciter & propriè dictum falſum eſt: qoniam differunt illa duo, ut integrum & pars: ſiqidem ad perfectam juſtificationem coram Deo, requiritur etiam juſtitiæ imputatio,* Rom. 4. 5, 6 *qæ neq; nomine neq; definitione cum remiſſione peccatorum eſt eadem.*

### *Animadverſio* Th. Gatakeri.

n. 2. Juſtificatio & remiſſio plane non ſunt idem. qæ enim ſubjecto differunt, & inter ſe differunt. at ſubjecto iſta haud raro differunt. poteſt enim juſtificari, cui nihil remiſſum ſit; cum falſò delatus fuerit; poteſt remitti peccatum, ubi nulla juſtificatio fuerit; cum & peccatum in confeſſo ſit, nec intervenerit ſatisfactio. Nec ſatis fuerit objicere, Deum nulli remittere qem non juſtificet, nullum juſtificare, cui non remiſerit, (de qo tamen qæri poteſt; vide Pſal. 78.36,38.) neqe enim ſeqitur, iſta eadem planè, qia ſimul ſunt; non magis qàm Sanctificationem ideo cum juſtificatione confundi, qia comites eæ ſunt etiam individuæ. T.G.

n. 2. Sed neqe duo iſta differunt ut integrum

& pars; cum potius remissio sit justificationis efficacis conseqens necessarium, ubi satisfactione priùs datâ acceptâqe, qod admissum fuerat, compensatum est.

L.L. *Probatio item falsa est.* Paulus *siqidem* n.2. *Apostolus ex testimonio* Davidis *confirmaturus, beatum, eóqe etiam a Deo justificatum esse hominem, cui Deus imputet justitiam sine operibus; qia beatus ille, cui remissa & non-imputata a Deo peccata: non argumentatur a phrasium æqipollentiâ ([a] secus petiisset illud qod erat in principio dubium:) sed qod* Chrysostomo *etiam videtur* [b] *a minore ad majus. Nam si is beatus & justificatus videri potest, cui Deus remittit & non-imputat peccata; id qod minus apparet verisimile: multò magis beatus & justificatus fuerit, cui Deus etiam iustitiam imputat.*

T.G. [a] Poterat ab æqipollentiâ phrasium n 3. argumentari, ut non peteret tamen qod in principio erat dubium. Ambigebatur enim hoc duntaxat, Abr. & fideles reliqi, ex operibusne proprijs, an ex merâ Dei per Christum gratiâ & in Christum fide, à peccatorum reatu, absolverentur & justificarentur coram Deo.

[b] De argumento ab imparium collatione deducto, ne tenue qidem in contextu vestigium comparet. n.4.

*Responsio* Jo. Piscatoris.

J. P. *Paulus* in loco allegato Rom. 4. 6, 7. n.1. non commemorat *justitiæ imputationem*, & *peccatorum remissionem*, tanquam justificationis partes; (nullum hujus rei indicium

in

(in textu apparet) sed commemorat illa tanqam æqipollentia, Id qod sic ostendo: Versu 6. justificationem definit, per *justitiæ imputationem*. Versu autem 7.& 8. definitionem illam confirmat testimonio *Davidis*. In illo autem testimonio non habentur verba qæstionis probandæ; sed diversa. Ergo aut nihil probat Apostolus verbis illis *Davidis*; aut probat vi æqipollentiæ. Non autem illud. Hoc igitur. Unde jam apparet, *imputationem justitiæ*, cujus fit mentio versu 6. idem Apostolo valere, qod *remissio peccatorum*, cujus fit mentio versu 7. & 8.

n. 2. Huic autem veritati expositio *Chrysostomi* nihil præscribere potest, aut debet: qum nullum istiuſ-modi argumentationis indicium, in verbis Apostoli, reperiatur.

n. 5. Apostolus *imputationem justitiæ*, & *non-imputationem peccati*, pro ijsdem ferè habere videtur. Nec definit tamen *justitiam*, ut qidam volunt, aut *justificationem* etiam, ut D.P. *remissione peccatorum*. Scopus Apostoli hic est, ut ostendat beatitudinem hominis consistere, non in perfectione justitiæ vel cordis vel operis, quæ legi divinæ, omni ex parte respondeat; sed in hoc, qòd peccata, qorum reus fuerit, ad reatum non imputentur; id qod est justificationis efficacis comes, conseqénsqe necessarium: eum autem cujus beatitudo in hoc consistit, nihil habere in se, de qo apud Deum glorietur. De justificationis vel definitione præcisâ, vel partibus ejusdem, non disserit. Præsumpsisse videtur, justificationis significationem esse satis per se T.G.

notam:

notam: qum nullo alio sensu justificand-verbum usurpet, qam qo vulgò & communiter adhiberi solet, cum τῷ הִצְדִּיק Hebræorum respondet.

## Sectio 4.

### *Scriptum Lud. Lucij.*

L.L. II. Qia cum Lex divina aut obedientiam aut pænam ab homine exigat; non necesse fuerit, si Christus pænam peccatorum pro nobis luit, ut etiam obedientiam legi pro nobis præstaret. n. 1.

### *Animadv.* Th. Gatakeri.

T.G. Lex certè non utrumqe, sed alterutrum tantum exigit. Nam etsi qoad præceptionem sit copulativa, *Amato Deum: sed & proximum*, &c. Jac. 1. 27. Luc. 10. 27. qoad sanctionem tamen est disjunctiva, *Aut feceris istud, aut moriaris.* n. 2.

Verum ego argumentum sic potius instituerem; Qi alterius vice Legem ab illo violatam observaverit, non necesse habet, etiam ejusdem vice violatæ legis pænas dare, prout nec ipsum, si legem observasset, pænas luere necesse fuit: Christus ergo, si legem à nobis violatam, nostrâ vice implevit, non necesse habuit pro nobis etiam pænas sustinere. Vide *Pisc.* infr. ad Sect. 10. n. 5. n. 3.

L.L. *Resp.* Disjunctiva illa (Lex aut ad obedientiam obligat, aut ad pænam) *qæ ante lapsum hominis vera erat, post ejusdem lapsum falsa est reddita, & in copulativam commutata. Neqe enim homo, per lapsum suum* n. 1.

*suum, qo se-ipsum pœnæ obnoxium fecit, abrogavit Deo creatori jus suum, à creaturâ suâ rationali debitam obedientiam exigendi.*

*Responsio* Jo. Piscatoris.

n.1. Responsioni huic consentio: sed illa ad me nihil pertinet; qia ego illo argumento non utor. I. P.

n.3. Nec satisfacit tamen hæc responsio; etsi enim ad obedientiam homo etiam post lapsum tenebatur, satisfacere tamen pro inobedientiâ tantum, & delictis necesse habuit: neqe opus fuit ut qi pro istis satisfecerat, obedientiam ullam insuper vicariam adijceret. T.G.

Lud.Luc. Theolog. Christian. lib. 1. de humiliat. Christi p.61. *Impletio justitiæ est qâ, Christus legi subjectus, pro nobis factus, justitiam exactissimam, ad qam nos tenebamur, pro nobis præstitit; atq; ita culpam peccatorum nostrorum compensavit, &c.*

At culpâ jam compensatâ, qid opus erat, ut pro eâdem ulteriùs pœnas ullas sustineret? ubi enim culpæ compensatio præcessit, culpa penitus aboletur.

Sectio. 5.

*Scriptum Lud. Lucij.*

n.1. III. Qia si Christus legi pro nobis obedivisset, nos ad legis obedientiam non amplius obligati essemus: prout, eò qòd Christus pro peccatis nostris passus est, nos-ipsi pro illis pati ampliùs non tenemur. L. L.

n.2. Resp. *Est fallacia à dicto secundum*

qid

qid. Non tenemur hoc fine: ergo nullo alio. *Tametsi enim non tenemur pati pro peccatis nostris, ut scilicet ipsi pro illis satisfaciamus: tenemur tamen pati & mori, ut aboleatur in nobis corpus peccati.* Rom. 6. 6. *Ita qoque nos non tenemur legi obedire ita, ut obedientia nostra vitam æternam promereamur: teneamur nihilo minus, ut sic magis atq; magis in nobis renovetur imago Dei, ad qam primitus conditi fueramus.* Ephes. 4. 24. Col. 3. 10.

*Animadv.* Th. Gatakeri.

T.G. Certè seqitur, non nos ex vi legis divinæ ad obedientiam Deo præstandam ampliùs obligari, si operâ vicariâ eam pro nobis Christus præstiterit. Qod autem subjungit respondens, *teneri nos ad obedientiam, qo imago Dei in nobis renovetur*, ad rem ipsam nihil pertinet. Ut enim omittam, à renovatione illâ provenire potius obedientiam, quàm ab obedientiâ renovationem; absurdum planè videtur, uti ipse supra, Deum jus obedientiam à creaturâ debitam exigendi, amisisse ex Christi satisfactione, aut hominem ab officio creatori debito, redemptionis per Christum partæ virtute exemptum: qod tamen inde necessariò conseqetur. n. 1.

Obedire simpliciter naturæ jus exigit; n. 2. obedire ad vitam promerendam est planè mercenarium, & mandato minus; nec vitio prorsus immune. Aliud est obedientiâ exhibitâ vitam conseqi ex divinâ beneficentiâ; (qis enim vitam æternam, propriè loqendo, à Deo promeruerit?) aliud eo

fine

fine obedientiam exhibere, ut vitam possis vel promereri vel consequi.

*Responsio* Jo. Piscatoris.

n. 1. Argumentum hoc aliter formandum, aliisve verbis ex parte concipiendum est; nempe his: *Si Christus pro nobis legi obedivisset; nos ad legis obedientiam non amplius obligati essemus: prout eo qòd Christus pro nobis passus est maledictionem, nos-ipsi non amplius ad illam obligati sumus.* I. P.

n. 2. Hic nulla est fallacia a dicto secundum qid: qia simpliciter vera est utraque illa sententia. Illustro simili. Jam post lapsum, duplici debito Deo obligati sumus: obedientiæ scilicet, erga legem; & maledictionis, propter Legis transgressionem: Debiti autem hæc est ratio, ut qum sponsor pro debitore satisfecit, debitor ad illud solvendum non amplius sit obligatus. Sicut igitur non ampliùs sumus obligati, ad solvendum debitum maledictionis; qia Christus sponsor noster pro nobis debitum illud solvit, per obedientiam suæ mortis: pari ratione, si Christus pro nobis solvit debitum obedientiæ erga Legem, per suam obedientiam qam legi præstitit; nos ad illud solvendum, non amplius erimus obligati.

Sectio 6.

*Scriptum Lud. Lucij.*

n. 1. IV. Qia cui remissa sunt peccata, simul etiam pro justo, & vitæ æternæ hærede reputetur; L. L.

putetur; ut non fuerit necesse Christum legi obedire, ut vitam æternam nobis promeretur.

Resp. *Fallacia est non-causæ. Iusti siquidem, & hæredes vitæ æternæ, reputamur, non propter remissionem peccatorum: qæ tantum facit ut pro innocentibus, h.e. pænâ indignis, a Deo habeamur. Neqe enim pænæ perpessio est causa præmij. Contrà verò qàm certa & constans est legis comminatio adversus peccatores tantùm: tam certa & constans est ejusdem promissio, obedientibus tantùm facta.* n.2.

### *Responsio* Jo. Piscatoris.

I. P. Qòd *vitæ æternæ hæredes reputemur, propter remissionem peccatorum*, probo ex verbis *Pauli* Heb. 9. 15. ubi sic legitur; *Vt morte intercedente ad redemptionem earum prævaricationum, qæ fuerant sub priore testamento, vocati promissionem accipiant æternæ hæreditatis.* Hic Apostolus docet fructum mortis Christi esse remissionem peccatorum, et ex hac dependentem hæreditatem vitæ æternæ. n.1.

### *Animadv.* Th. Gatakeri.

T.G. Non evincitur ex hoc loco, ad remissionem peccatorum necessariò consequi hæreditatis æternæ additionem. Probat tantùm morte Christi comparatam, tam adoptionem ad hæreditatem, qàm redemptionem, sive remissionem prævaricationum. Multa enim morte suâ meruit nobis Christus præter remissionem & justifi- n.1.

ftificationem, adoptionem nimirum, gloriamqe cœlestem, &c. qin & fidem etiam ipsam & regenerationem, uti Censuræ Leidensis autores, ad Remonstrantium confessionem. c. 8. Sect. 9.

n. 2. Deinde si *remissio peccatorum facit, ut habeamur pro innocentibus*; facit ut habeamur pro justis. Innocens enim simpliciter atqe universaliter is dicitur, qi est extra omnem culpam; ac proinde, qi Legem Dei nunqam est transgressus. qi autem talis est, is justus est. Sicut enim peccator in sacris literis reputatur, qi vel unam Dei Legem transgressus est: ita justus in eisdem reputatur, qi nullam est transgressus. I.P.

n. 3. Qod autem dicitur, *pœnæ perpessionem non esse causam præmii*; id de illa tantum perpessione pœnæ verum est, qam sustinent ipsi peccatores. perpessio verò pœnæ qam Christus sustinuit pro nobis, causa præmij est, nempe benedictionis Abrahæ promissæ, teste Apostolo. Gal. 3. 14.

n. 2. Pœnæ perpessio reverâ non est causa præmii, sed satisfactio pro delicto plenariè exhibita, sicut culpam penitus extinguit, ita pœnæ meritum omnino tollit; cujus pœnæ si pars fuerit privatio boni alicujus, jus ad bonum illud necessariò satisfactio illa confert, qia nec pœna integra tollitur, nisi bonum illud restituatur. T.G.

n. 3. Perpessio Christi non tam pœnæ qàm satisfactionis rationem obtinet. *Exigitur, & ipse respondet.* Esai 53. 7. uti vertit Lud. Cappell.

n. 4. Porro qod dicitur, *promissionem legis obedientibus tantum factum esse*, verum est: sed inde non seqitur, *Christum legi pro nobis*, I. P.

bit, i.e. nostro loco, seu nostrâ vice obedivisse. Nec verò justificatio nostri pendet à promissione Legis, sed à promissione Evangelij: qâ promittitur credentibus in Christum remissio peccatorum, & vita æterna; idqe propter obedientiam mortis illius, qæ ipsis ad justitiam imputatur. Unde fit ut ipsi pro illis habeantur, qi obedientiam legi præstiterint. Etenim cui justitia à Deo imputatur, sive (qod idem valet) qi pro justo à Deo habetur, is habetur pro eo qi legi Dei perfectam obedientiam præstiterit. qippe qum lex Dei sit unica justitiæ nostræ regula.

T.G. Justificatio nostri, tum ab Evangelio, tum a Lege, pendet. Rom. 3. 31. à Lege, qatenus eidem satisfit, pro delictis adversus eam admissis; ab Evangelio, qatenus satisfactio, non à nobis, sed a Christo, vicariâ operâ, pro nobis exibetur. n. 4.

Sectio 7.

*Scriptum Lud. Lucij.*

L. L. V. Qia Christus, qâ homo & creatura, pro se-ipso obligatus fuerit ad legi obediendum. n. 1.

Resp. *At hoc est falsum. Vt enim Christus, non pro seipso, sed pro nobis redimendis, homo & creatura factus est: ita qoqe non pro se ipso, sed pro nobis servandis, Legi obnoxius factus est, tam qoad pœnæ perpessionem, qàm obedientiæ præstationem,* Gal. 4. 4. & 5.

*Responsio* Io. Piscatoris.

I.P. In recitatione hujus argumenti, vocabulo n. 1.

bulo *creatura* addendum est vocabulum *rationalis*. Qod autem Christus, qâ homo, & creatura rationalis, obligatus fuerit pro se-ipso ad Legi obediendum; manifestum est ex eo, qòd omnis creatura rationalis Deo ad obedientiam obligata est; ac proinde etiam omnis homo: idqe jure creationis. Nec Scriptura Christum ab hâc obligatione excipit; imò expressè dicit, Christum nobis similem factum esse per omnia excepto peccato. Heb. 2.17. & 4.15.

n.2. Porrò ubi dicitur, *Christum Legi obnoxium factum esse pro nobis servandis*; id verum est: sed hinc non seqitur, *eum non fuisse obligatum ad obediendum Legi pro se-ipso*; qia unius rei plures esse possunt fines.

## Animadv. Th. Gatakeri.

n.1. Tenebatur Christus, qâ creatura rationalis, prout & angeli teneatur, ad Deum diligendum, eiqe per omnia obediendum. At non tenebatur ad ea servitia, & ministeria, hominibus exhibenda, qæ in terris agens exhibuit: multò minùs ad ea in se admittenda, qæ ex naturæ jure non promanabant, puta baptismum suscipiendum, & circumcisionem perferendam, *&c.* nisi ex pacto speciali. T.G.

n.3. Porrò locus Gal. 4.4, & 5. non loqitur de obligatione Christi ad obedientiam Legis; sed tantùm de subjectione sub Legis maledictionem: ut percipitur ex verbis γενόμενον ὑπὸ νόμον, *factum sub Lege*, *i e*, subjectum maledictioni Legis. Qem sensum esse hujus locutionis, perci- I.P.

pitur

pitur ex antithesi in dicto Pauli, Rom. 6.14. *Non estis sub Lege, ὑπὸ νόμον, sed sub gratiâ.*

T.G. At verò Gal. 4.4. de ceremoniarum observatione agere videtur Apostolus, qibus sponte Christus se subjecerat. n. 2.

I.P. Deinde idem percipitur ex verbis; *Ut eos qi erant sub Lege (τὺς ὑπὸ νόμον) redimeret.* At Christus non redemit nos a Legis obedientjâ, sed tantum à maledictione. Gal. 3.13. n. 4.

T.G. Imò redemit etiam ab observatione rituum eorum, de qibus Ap. eô loci egerat: qô & Apostoli sermo eo in loco collimat. n. 3.

## Sectio 8.
### Scriptum Lud. Lucij.

L.L. Vindicatio loci; Rom. 4. 6,7. Sicut etiam *David* pronunciat beatum eum hominem, cui Deus imputat justitiam absq; operibus; dicens *Beati qorum remissæ sunt iniquitates, & quorum obtecta sunt peccata. Ex hoc loco Apostoli, colligunt nonnulli,* Justificationem nostri coram Deo, & remissionem peccatorum, rem prorsus unam eandemq; esse; *indeqe conseqenter deducunt:* Qia remissio peccatorum ob solum passionis ac mortis Christi meritum, credentibus contingat; istud qoqe solum, non item obedientiæ, qâ Christus Legi divinæ agendo & parendo satisfecit, meritum ad justificationem coram Deo imputari. n. 1.

*Resp.* I. Iustificationem coram Deo, & remissionem peccatorum, *si utrumq; simpliciter & propriè, non Synecdochicè accipiatur* n. 2.

*piatur,* rem unam eandemqe esse, *est falsum. Siqidem ad perfectam coram Deo justificationem, requiritur etiam justitiæ imputatio; uti expressè v.6. beatificus, eóq; & justificatus pronunciatur ille,* cui Deus imputet justitiam absq; operibus. Atqi justitiæ imputatio & peccatorum remissio, *neq; nomine neq; definitione, sunt idem: eò qod,* nec justitia imputata, & peccatum remissum *idem esse qeant. Justitiæ namqe peccatum opponitur, seu contrariè pro habitu vitioso; seu privativè, pro defectu justitiæ & rectitudinis, sive in animo hominis, sive in actione ipsâ, acceptum.*

*Animadv.* Th. Gatakeri.

n. 1. Peccati remissionem, & justitiæ imputationem, non esse eadem planè, certissimum est: potest enim, justitia alicui imputari, cui non remittitur peccatum, Psal. 106. 31. potest & peccatum alicui condonari, cui justitia tamen non imputatur, 2 Cor. 2. 7.

n. 2. Ratio tamen hìc addita, nulla videtur; imputatio non est remissio, sed remissioni opponitur; ut & peccatum justitiæ. qod est perinde ac si qis ratiocinetur: inductio lucis & depulsio tenebrarum non sunt eadem: inductio enim depulsioni, tenebris lux opponitur.

n. 3. *Imputatio item non est remißio, sed ei contradictoriè, opponitur; qia remißio est non-imputatio. Deus enim hominem cui peccata remittit & non imputat pro non peccatore habet: contra cui justitiam im-*

*imputat, pro justo habet & acceptat.*

*At neqe non-peccator (hoc est insons, innocens, proindéqe pœna indignus) & justus, propriè loqendo, idem sunt. Iustus siqidem non definitur, is,* qui non peccat; *sed is,* qi justitiam facit, 1 Joh. 3. 17 *Tametsi qi est justus, etiam non peccat.* n. 4.

T. G. Inter justum & insontem qi distinctionē justam dederit, erit is mihi magnus Apollo: insons siqidem esse quî potest, qi legem per omnia non observarit? n. 2.

Deinde justus esse potest, etiam qi justitiam nondum ullam fecerit, qum lex nihil adhuc faciendum ab illo exigat, ita primus *Adam* in justitiâ conditus. Ephes. 4. 24. & secundus *Adam*, ab ipso statim conceptu justus. Audi te, Ducei, Theolog. Christian. l. 1. de personâ Christi, p. 53. *Corpus & anima Christi simul ac in utero virginis existere cepit, idem Spiritus Sanctus ab omni prorsus peccati labe segregavit, ut talis esset, qualis* Adam *ante lapsum fuit, nempe justus & sanctus.* Luc. 1. 34, 35. Heb. 7. 26 Eph. 4. 24. --- Audin asserentem ipsum te, *justum esse, qi ab omni prorsus sit peccati labe segregatus?* justum *Adamum*, justum Christum fuisse, cum justi nihil adhuc egissent?--- Vide infra ad replic. Sect. 6. n. 1. &c. & ad Sect. 8. n. 11. &c. n. 3.

L. *Unde conseqitur per remissionem qidem peccatorum, credentes pro non-peccatoribus,* h. e. *pro condemnatione & pœnâ indignis à Deo reputari; eóqe à reatu & pœnâ peccatorum absolvi: at non propterea pro justis* h. e. [a] *vitæ æternæ præmio dignis haberi; verum id* n. 5.

*be-*

beneficij per solam justitiae imputationem contingere. Cum poenae perpessio, qâ talis, nunqam & nusqam, premij causa existat.

n.6. Qod enim Heb. 2.9. Jesus [b] propter passionem mortis, gloriâ & honore coronatus dicitur; id non de passione, qâ passio, hoc est, poena fuit, accipiendum est: sed qâ passio illa ex obedientiâ ergo Deum Patrem, sicque ex justitia habita, profluxit. Vti disertè idem Apostolus explicat, Philip. 2. 8, 9.

n.6. [a] Qid hoc sibi vult, dignum esse vitâ aeternâ? Adam si nunqam deliqisset in aeternum vixisset. At vitam aeternam ex condigno promeriturum fuisse, ego Durando calculum lubenter hâc in parte concedens, dici posse, nullus dixerim. Ergo non peccando vitam aeternam fuisset consecutus. Qomodo enim vitâ excidisset, nisi morti factus obnoxius? qomodo autem mortis damnas esse, nisi peccati merito, potuit? Si autem non peccando vitam retinuisset, peccati cujusqe reatu liberatus, vitam recuperet necesse est. T.G.

n.5. [b] De gloriâ Christo passione partâ qod dicitur, est prorsus ἀπροσδιόνυσον.

## Responsio Io. Piscatoris.

n. 1. Ex loco allegato, rectè colligitur, justificationem nostri coram Deo, & remissionem peccatorum, rem prorsus unam eandemqe esse, idqe hoc Syllogismo. I. P.

Imputatio justitiae est ipsa justificatio.
Atqi remissio peccatorum est ipsa imputatio justitiae.

Ergo

Ergo remissio peccatorum est ipsa justificatio.

Majoris veritas liquet ex naturâ definitionis; quæ cum definito reciprocatur. Iustificatio autem per imputationem justitiæ definitur, versu 6. ubi Apostolus dicit, *beatificationem esse hominis, cui Deus justitiam imputat.* n. 2.

Assumptionis veritas liquet ex collatione v. 7. cum 6. nam qod versu 6. appellatur *imputatio justitiæ*, id ipsum v. 7. nominatur *remissio peccatorum*: ut patet ex ratione probandi, qatenus argumentum sumitur à testimonio. Id qod * supra pluribus verbis exposui. n. 3.

*Responsio ad ἀνασκευὴν argum. 1.

T.G. Negatur assumptio: nec collatione illâ probatur. Sufficit ad scopum Ap. qod ex testimonio *Dav.* adducto habetur, beatitudinem non ex operibus haberi; sed ex remissione & non imputatione peccati, atque imputatione justitiæ; qæ sunt omnia justificationis peccatoris efficacis ἀκόλουθα necessaria. n. 6.

I. P. Consentit *Calvinus* comment. in hunc ipsum locum; ubi ita scribit: *Huc accedit oppositum membrum, quod Deus homines justificet peccatum non imputando, qibus etiam verbis docemur, justitiam Paulo nihil esse quam remissionem peccatorum.* n. 4.

T.G. *Calvinum* audi plenius sese explicantem Institut. l. 3. c. 11. Sect. 3. *Nos justificationem simpliciter interpretamur acceptionem, quâ Deus nos in gratiam receptos, pro justis habet; eámq; in peccatorum remissione, ac justitiæ Christi imputatione positam esse dicimus.* Et mox: *Vides post remissionem peccatorum, justificationem hanc,* n. 7.

*hanc, interpretationis loco poni; vides apertè pro absolutione sumi; vides operibus legis adimi; vides merum Christi beneficium esse; vides fide percipi; vides deniq; satisfactionem interponi*, &c. Hæc ille. optimè sanè, si ego sensum rectè assequor. Remissione peccati, & justitiæ Christi imputatione, justificationem constare vult, non ut partibus, qæ integrum constituant; sed tanqam consentaneis argumentis, causâ nimirum, & effectu, qorum altera alterum producat. Sic per justitiam Christi, satisfactionem intellexisse videtur. Veram deniqe dat justificationis peccatoris rationem, absolutionem ex satisfactione interpositâ. Neqe potest ratio ulla excogitari, hâc exceptâ, qâ is, qem deliqisse constat, justificetur. *Calvinus* alibi, prout & alij, non erat qod sollicitus esset de accuratis loqendi formulis, in eis de qibus minimè tum controvertebatur. Illud unicè agebat ut opera excluderet, de quibus illi cum Pontificijs lis erat. Agnoscit hoc D. *Lucius* ipse replic. ad Sect. 1. n. 13.

n. 5. Deinde ex illâ sententiâ, rectè qoqe deducitur, solum passionis ac mortis Christi meritum, credentibus ad justificationem coram Deo imputari; qia remissio peccatorum credentibus, ob solum illud meritum contingit. Qod autem dicitur, *ad perfectam coram Deo justificationem, requiri* (*viz.* præter remissionem peccatorum) *etiam justitiæ imputationem*, nimirum *tanqam alteram justificationis partem*: id ex v. 6. probari non potest; qippe qum hoc ibi non dicatur, nec ex eo qod dicitur pos-

sit colligi. Verba Ap[i]. sunt: *Beatificationem hominis, cui Deus imputat justitiam:* non autem dicit, *beatificationem esse hominis, cui Deus non solum remittit peccata, sed etiam imputat* j*ustitiam.*

T.G. *Improbum justificare,* Prov. 17. 15. non est ei peccatum condonare: (qod usq; adeo piaculum usqe qaq; non est, ut quandoq; pietatis opus existat) sed tanqàm justum absolvere, justum censere, Prov. 24. 24. ita *impium justificare* Rom. 4. 5. non est, simpliciter ei peccata remittere, sed satisfactionis interpositæ intuitu, tanqam justum absolvere, justumve censere. n. 8.

I. P. Excipitur, *justitiæ imputationem, & peccatorum remissionem neq; nomine, neq; definitione esse idem.* Imò sunt idem definitione, qia imputatio justitiæ nihil aliud est, qàm remissio peccatorum: & vicissim, remissio peccatorum nihil aliud est, qàm imputatio justitiæ: ut patet ex cohærentiâ sententiarum in loco allegato. n. 6.

T.G. Non esse idem patet. Vide sup. ad Sect. 3. & ad hanc etiam Periochen n. 8. n. 9.

I. P. Porrò, identitatem, atq; æqipollentiam hanc, illustro simili. In dealbatione parietis nigri, qasi duo actus concurrunt, remotio nigredinis, & introductio albedinis: qi duo actus ratione tantùm differunt; reipsâ autem unus & idem actus sunt. Nam hoc ipso qod à pariete nigro, per dealbationem nigredo removetur; albedo ei introducitur: & vicissim hoc ipso qod albedo n 7.

parieti

parieti nigro introducitur, nigredo ab illo removetur.

Sic in vestitione, qasi duo actus concurrunt; nuditatis remotio, & applicatio vestis qi duo actus ratione tantùm differunt, reipsâ unus idemq; actus sunt. Nam hoc ipso qod vestis corpori applicatur, nuditas ab eo removetur; & vicissim hoc ipso qod nuditas à corpore removetur, vestis ei applicatur.

n.8. Veruntamen ad probandum *justitiæ imputationem, & peccatorum remißionem non esse idem*, affertur hæc ratio; *qod nec justitia imputata, & peccatum remissum, idem esse qeant.*

*Respondeo.* Imo hæc sunt idem, nempe identitate æqipollentiæ. Nam qi habet justitiam imputatam, is hoc-ipso vi æqipollentiæ habet peccatum remissum: & vicissim.

n.10 Imò potest imputari justitia, ubi nihil aut admissum aut remissum sit; uti supra ostendi ex Psal.106. 31. non sunt ergo prorsus idem. T.G.

n.5. Ar ista non esse idem sic in Scripto probatur. *Justitiæ peccatum opponitur, itemq; imputatio remißioni. Ergo etiam opponuntur justitia imputata, & peccatum remissum.* I. P.

Nego conseqentiam. Quia termini mutantur: & diversa usurpantur pro eodem. Aliud enim est *imputatio*, de qa loqitur antecedens; aliud *imputatum esse*, de qo loqitur conseqens. Similiter aliud est *remißio*, cujus mentio fit in antecedente; aliud *remissum esse*; cujus mentio fit in conseqente.

Præterea si *justitia imputata, & peccatum remissum ideo non sint idem, qia sunt opposita*; pari ratione, justitiæ imputatio, & remissio peccatorum, ideò non erunt idem; qia sunt opposita: At si sint opposita, ex unius affirmatione rectè proceditur ad negationem alterius. Qî fit ergo qod Apostolus ex unius affirmatione processit ad alterius affirmationem: putà ex affirmatione remissionis peccatorum, ad affirmationem imputationis justitiæ? Sic nimirum argumentans; *Beati sunt qorum remissæ sunt iniqitates. Ergo beatificatio est hominis, cui Deus imputat justitiam.* Rom.4.6,7. n.10

Qod autem dicitur, *non-peccatorem & justum propriè loquendo non esse idem*, id consistere non potest. Nam certè qi justus est, hoc ipso est non-peccator; & vicissim, qi est non-peccator, hoc-ipso est justus. Nam sicut rectè dicitur, *virtus est vitium fugere*, sic etiam rectè dicitur, *justitia est peccatum fugere*; & justus est non-peccator. n.11

Excipitur, *justum non definiri eum qi non peccat*, sed *qi justitiam faciat*, 1.Joh. 3.7. imò hoc ipso justus definitur is, qi non peccat, qia definitur is, qui justitiam facit. Et Psal.15. justus definitur, non solum ex eo qod exerceat justitiam, sed etiam ex eo, qòd vitet peccata. n.12

Qod dicitur, *vitæ æternæ premium per solam justitiæ imputationem contingere*, id partim nititur falsâ hypothesi; qasi remissio peccatorum, & imputatio justitiæ sint partes justitiæ, qæ effectis differunt: partim pugnat cum Scripturâ, qatenus præmium n.13

præmium vitæ æternæ, tanqam effectum, remissioni peccatorum detrahit. Nam Scriptura testatur Christum morte suâ nobis acqisivisse remissionem peccatorum, & ex conseqente vitam æternam. Heb. 9. 15.

n. 11 Vitam æternam remissioni peccatorum, tanqam præmium dari, ἀκύρως & καταχρηστικῶς dicitur. Ex peccatorum remissione necessariò conseqitur liberatio a morte; ex liberatione ejusmodi vita æterna. Nemo tamen idcircò dixerit latronem morti addictum, si Principis benignitate veniam adeptus fuerit, vitam præmij loco accepisse. T. G.

n. 12 Locus ad Hebr. probat vitam æternam, mortis Christi duntaxat, non remissionis, præmium esse. Alia autem non pauca sunt, præter remissionem peccatorum, qæ morte suâ Christus acqisivit. Vide sup. ad Sect. 6. n. 1.

n. 14 Postremò, qod hîc dicitur de *pænæ perpeßione*, rectè dicitur; sed nihil facit ad probandum propositum, nempe præmium vitæ æternæ, per solam justitiæ imputationem, non autem per remissionem peccatorum contingere. Non enim sequitur; *pænæ perpeßio non est causa præmij*; *Ergo remißio peccatorum non est causa præmij*. I. P.

n. 13 Mors Christi, non qâ pænæ perpessio; sed qâ opus spontaneum Patri exhibitum, ad justitiæ satisfactionem & gloriæ ipsius illustrationem, & justificationem nobis peperit, & adoptionem ad hæreditatem cælestem; qod est etiam amplius T.G.

 qiddam

qiddam qàm vita æterna simpliciter considerata.

Christi perpessionibus in massâ integrâ simul sumptis, non exclusâ obedientiæ, qam in servi formâ exhibuit, serie continuatâ, satisfactio illa constat, qam pro peccatis nostris dependit. Satisfactionis hujus vi peccata pro qibus satisfactum est, extinguuntur penitus, eoq; jam habentur loco, acsi nunqam admissa fuissent. Peccatis sic extinctis, peccator qi fuerat, eo loco habetur, ac si nunqam deliqisset. Si autem nunqam deliqisset, in æternum vixisset. Ex satisfactione ergo sic præstitâ jus vitæ æternæ necessariò conseqitur. Ita justificatio in eundem planè statum peccatorem constituit, qo ante lapsum fruebatur: at gloria cælestis, vitæ æternæ adjunctum contingens, adoptione obvenit, non justificatione; merito qidem & ista mortis Christi, sed non qâ satisfactionis rationem obtinet, aut qâ justificationis fundamentum statuitur. n. 1. n n

## Sectio 9.

### *Scriptum Lud. Lucij.*

*L. L.* II. Justificationem, sive etiam justitiæ imputationem, cum remissione peccatorum, prorsus unum idemq; esse, *ex loco* Rom.4.6,7. *minimè colligi potest: nisi* Paulum *Apostolum in re tanti momenti pueriliter sophisticatum esse velimus. Hæc enim illius, ut cuivis oculato pateat, ibi est enthymematica, sed partibus inversa, ratiocinatio* : Cui Deus remittit peccata, is (*Davidis testimonio*) est beatus : Ergo n. 1.

&

& cui Deus imputat justitiam sine operibus est beatus. *Minor supplenda est :* Cui Deus imputat justitiam, eidem remittit peccata. Qod si igitur *Remittere peccata, &* Imputare justitiam, *atq adeo etiã* Iustificare, *sunt prorsus unum & idem:* [a] *qis non videt manifestè τὸ ἐν ἀρχῇ, idem per idem probando, peti? Qid igitur? nempe non argumentatur Apostolus à phrasium æquipollentiâ; sed a minore ad majus procedit ad hunc sensum.* Si is, cui Deus remittit & non imputat peccatum; [b] multò magis is, cui Deus justitiam qoqe imputat, justificatus ac beatus censendus fuerit.

*Animadv.* Th. Gatakeri.

n.1. [a] De Apostoli ratiocinatione, infra videbitur ad replic. Sect 9. n. 1. T.G.

n.2. [b] Qasi verò non de uno eodemqe homine, unâ eâdemqe ratione beato, *Paulus* ex *Davide*, vel *David* ipse potius apud *Paulum*, utrobiq; v. 6. & 7. loqatur. Hoc vult apertè, ut cuivis oculato facile pateat; eum, cujus in peccatorum remissione, & non imputatione, beatitudo consistit, ex justitiâ absqe operibus, si justificandus sit, justificari.

n.2. Mirumq; nulli ex theologis recentioris ævi hujus Orthodoxis, qos in Scripturis exponendis, patribus antiqis perspicaciores existere, Pontificij ipsi fatentur, observatam hanc à minore ad majus argumentationem, qam oculato cuivis patere, ab ipso perhibetur: ut exoculatos omnes fuisse necesse sit, qibus lumen tam clarum atqe in oculos incurrens, nec veluti

per nebulam effulsisse deprehenditur.

L. L. *Nec hæc nuper nata; sed jam olim a* n. 2.
Chrysostomo *probè notata est ratiocinatio-nis Pauline analysis.* Locus Chrysost. *in com. super cap.* 4. *ad Rom. qia valde illustris est, integrum adscribere placet: Sic autem ille habet* αὐτολεξεί.

Τῷ πιστεύοντι ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην.] Ἐννόησον γὰρ ἡλίκον ἐστὶ πιστεῦσαι, καὶ πληροφορηθῆναι, ὅτι δύναται ὁ Θεὸς τὸν ἐν ἀσεβείᾳ βεβιωκότα, τοῦτον ἐξαίφνης, οὐχὶ κολάσεως ἐλευθερῶσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ δίκαιον ποιῆσαι, καὶ τῶν ἀθανάτων ἐκεῖνον ἀξιῶσαι τιμῶν. Μὴ τοίνυν νομίσῃς τοῦτον ἐλαττοῦσθαι, ἐπειδὴ ἐκείνῳ (τῷ ἐργαζομένῳ) οὐ κατὰ χάριν λογίζεται. Αὐτὸ γὰρ τοῦτο μάλιστα ποιεῖ τὸν πιστὸν εἶναι λαμπρὸν, τὸ τοσαύτης ἀπολαῦσαι χάριτος, τὸ τοιαύτην πίστιν ἐπιδείξασθαι. Καὶ ὅρα καὶ τὴν ἀντίδοσιν μείζονα. Ἐκείνῳ μὲν μισθὸς δίδοται. τούτῳ δὲ δικαιοσύνη, πολλῶν γὰρ ἐστὶ μισθῶν περιεκτικωτάτη ἀντίδοσις, ἡ δικαιοσύνη. Δείξας τοίνυν ἀπὸ τοῦ Αβραὰμ τοῦτο, καὶ τὸν Δαβὶδ, ἐπάγει λοιπὸν ψηφιζόμενον τοῖς εἰρημένοις. τί οὖν φησιν ὁ Δαβίδ; καὶ τίνα μακαρίζει; τὸν ἐν ἔργοις κομῶντα, ἢ χαρίτος ἀπολελαυκότα; τὸν ἀφέσεως καὶ δωρεᾶς τετυχηκότα. Μακαριότητα δὲ ὅταν εἴπω, τὴν κορυφὴν λέγω τῶν ἀγαθῶν απάντων. ὥσπερ γὰρ τοῦ μισθοῦ πλέον ἡ δικαιοσύνη, οὕτω δικαιοσύνης πλέον ὁ μακαρισμός. Δείξας τοίνυν τὴν δικαιοσύνην βελτίω, οὐ τῷ τὸν Αβραὰμ αὐτὴν εἰληφέναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ λογισμῶν. ἔχει γὰρ καύχημα, φησὶ, πρὸς τὸν θεόν! καὶ ἑτέρῳ τρόπῳ πάλιν αὐτὴν ἀποφαίνει σεμνοτέραν, τὸν Δαβὶδ εἰσάγων αὐτῇ ψηφιζόμενον.

συμβόλου. καὶ γὰρ οὗτος, φησὶ, τὸν οὕτω δικαιωθέντα μακαρίζει, λέγων. Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Καὶ δοκεῖ μὲν οὐ προσήκουσαν παράγειν μαρτυρίαν. οὐδὲ γὰρ εἶπε· Μακάριοι, ὧν ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην ἐλογίσθη. Ποιεῖ δὲ αὐτὸ ἑκὼν, οὐκ ἀγνοῶν. ἵνα πλείονα δείξῃ τὴν ὑπερβολήν. Εἰ γὰρ μακάριος οὗτος, ὁ λαβὼν ἄφεσιν ἀπὸ χάριτος. πολλῷ μᾶλλον ὁ δικαιωθεὶς, καὶ ὁ πίστιν ἐπιδειξάμενος. ὅπου δὲ * μακαρισμὸς, αἰσχύνη πᾶσα ἀνῄρηται, καὶ πολλὴ ἡ δόξα. ἐπίτασις γάρ ἐστι καὶ μισθῶν δόξα, ὁ μακαρισμός. Διὰ τοῦτο, ὃ μέν ἐστιν ἐκείνου πλεονέκτημα, ἄγραφον ἀφῆκεν, εἰπών. Τῷ γὰρ ἐργαζομένῳ ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν. ὃ δέ ἐστι τοῦ πιστοῦ πλεονέκτημα, τούτῳ δεῖ ἐγγράφου μαρτυρίας κατασκευάζει, λέγων. Καθὼς εἶπε Δαβὶδ, Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἀπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Τί γὰρ λέγεις, φησὶ, ὅτι οὐ κατὰ ὀφείλημα, ἀλλὰ κατὰ χάριν λαμβάνεις τὴν ἄφεσιν: ἀλλ' ἰδοὺ οὗτός ἐστιν ὁ μακαριζόμενος. οὐκ ἂν δὲ αὐτὸν ἐμακάρισεν, εἰ μὴ καὶ δόξης εἶδεν ἀπολαύοντα πολλῆς. T. B.

n. 4. * Μακαρισμὸν alio planè ſenſu accipit, qàm aut Pſaltes aut Apoſtolus in mente habuit.

*Reſponſio* Jo. Piſcatoris.

n. 1. Juſtificationem ſeu juſtitiæ imputationem, cum remiſſione peccatorum, prorſus unum idemq; eſſe, rectè colligitur ex loco Rom. 4. 6, 7. Id qod * ſupra demonſtravi. L. P.

* Reſp. ad ἀνασκευὴν Argumenti primi.

n. 2. Nec ex illâ ratione, qa Apoſtolum uſum eſſe demonſtravi, ſeqitur; *fatendum fore, illum in re tanti momenti pueriliter*

*sophisticatum esse.* Non enim argumentatur simpliciter ex phrasium æqipollentiâ; sed argumentatur à testimonio divino *Davidis.* testimonij autem illius vis in phrasium æqipollentiâ consistit: nisi enim statuamus *Imputationem justitiæ*, & *Remissionem peccatorum* æqipollere; fatendum erit Apostolum testimonio adducto nihil probare: qum verba qæstionis probandæ in testimonio ad probandum adducto, non exstent. Non, inqam, sic argumentatur Apostolus: *Beatus est, cui Deus remisit peccata; Ergo Beatus est, cui Deus imputat justitiam.* Hoc demum esset idem per idem probare. Sed sic argumentatur: *David testatur beatum esse hominem, cui Deus imputat justitiam: Ergo hoc verum est.* Antecedens probat verbis *Davidis: Beati qorum remissæ sunt iniqitates, &c.* in qibus verbis nulla fit mentio imputationis justitiæ. Ubi ergo vis hujus testimonij, nisi in phrasium æqipollentiâ?

T.G. Imò satis facit ad *Pauli* propositum *Davidis* testimonium, etiamsi ea non sint planè æqipollentia; sed in peccatoris justificatione necessariò connexa, & quæ justificationem ex operibus, & per conseqens gloriationem humanam, penitus excludant. n.4.

I.P. Falsum est autem, *Paulum ibi argumentari à minori ad majus:* neq; hoc ex textu ostendi potest. n.3.

Porro *Chrysostomi* sic exponentis autoritas nullam probandi vim habet, idqe eò minus, qod ex compluribus ejus dictis apparet, cum doctrinam de justificatione n.4.

non

non per omnia intellexisse.

n.5. De justificatione doctrinam potuit *Chrysostomus* satis intellexisse, etiamsi vim vocabuli ipsius forsan parum assecutus, loca qædam in qibus eâ de re agitur perperam explicuerit. T.G.

n.6. Veruntamen in isto, qi in manibus est, explicando, cum a mente ac scopo Apostolico qàm longissimè aberravit, tum nec Orthodoxè per omnia sensisse videtur.

n.7. 1. Fidei nimium tribuit, qasi propriâ dignitate, non in Christum recumbendo, mercedem & retributionem, sive beatitudinem, qam μισθῶν κορυφὴν appellat, assequatur, τὸ πρὸς τὸν θεὸν καύχημα in eum finem solidè parum interpretatus. Δύο γὰρ, inqit, ἐστὶ καυχήματα, τὸ μὲν ἀπὸ τῶν ἔργων, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς πίστεως. εἰπὼν τοίνυν, εἰ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἔχει καύχημα, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν θεὸν, ἔδειξεν ὅτι καὶ ἀπὸ πίστεως δύναιτ' ἂν ἔχειν καύχημα, καὶ πολλῷ μεῖζον. ἡ γὰρ πολλὴ τοῦ Παύλου δύναμις ἐν τούτῳ μάλιστα δείκνυται, ὅτι εἰς τοὐναντίον περιέτρεψε τὸ προκείμενον, καὶ ὅπερ εἶχεν ἡ διὰ τῶν ἔργων σωτηρία, τὸ καυχᾶσθαι καὶ παῤῥησιάζεσθαι, τοῦτο ἔδειξε πολλῷ πλέον τῆς πίστεως ὄν. Unde autem ista fidei gloriatio? ὅτι τὴν γνησίαν ἀγάπην περὶ τὸν θεὸν ἐπεδείξατο, &c. ὅτι γενναιοτάτης ψυχῆς τοῦτο, καὶ ὑψηλῆς διανοίας. cùm τὸ τὰς ἐντολὰς τηρεῖν, mandata legis observare, τῶν τυχόντων sit: ὅτι μεγάλα περὶ τοῦ Θεοῦ φαντάζεται. qæ omnia sunt ex diametro sensui scopóq; Apostolico opposita, qi cap. 3. 27. gloriationem omnem

istam,

istam, qam proponit, ipsâ justificationis per fidem ratione exclusam planè asserit.

Tum, μηδὲν ἀπὸ τοῦ μακαρισμοῦ secernit, qasi legem implenti merces retributa, non beatum tamen eum, cui fuerit retributa, constituat; qam & aliam esse asserit ab eâ qæ justitiæ debeatur. n. 8.

Tertiò, τὸ δικαιοῦν exponit δίκαιον ἐργάζεσθαι, qasi de justitiâ infusâ sive inhærente agatur; errore cum non paucis ex antiqis communi. n 9.

Qartò, ad v. 4. τῷ ἐργαζομένῳ, &c. subjungit, οὐκ οὖν τοῦτο μεῖζον; φησίν. οὐδαμῶς. καὶ γὰρ τῷ πιστεύοντι λογίζεται. οὐκ ἂν δὲ ἐλογίσθη, εἰ μὴ καὶ αὐτός τι εἰσήνεγκεν. ὥστε καὶ οὗτος ὀφειλέτην ἔχει τὸν θεὸν, καὶ οὐ τῶν τυχόντων ὀφειλέτην, ἀλλὰ μεγάλων καὶ ὑψηλῶν πραγμάτων. Qod qid aliud est qàm Apostoli verba in adversam planè mentem invertere et pervertere? videatur *Calvinus*. n. 10

Deniq; *Paulum* & *Davidem* de diversis personis loqi autumat; hunc de homine, qi peccatorum remissionem gratuitò sit consecutus; illum de eo, qi πίστιν ἐπιδειξάμενος ἐδικαιώθη. cui ille fidei nimium tribuit. n. 11

## Sectio 10.
### *Scriptum Lud. Lucij.*

L. L. *Ex dictis porrò jam liqere potest, qid etiàm ad palmarium aliorum argumentum pro solius passionis & mortis merito, contra justitiæ imputationem, responderi possit, aut debeat; est autem illud hujusmodi:* n. 1.

Id

Id qo peccata nostra sunt expiata, nobisq; remissio illorum à Deo impetrata est, est id-ipsum qod nobis ad justitiam à Deo imputatur.

At sola obedientia patientis pro nobis Christi, est id qo peccata nostra expiata sunt, nobisq; remissio illorum a Deo impetrata; Ergo, sola obedientia patientis pro nobis Christi, est id, qod nobis ad justitiam à Deo imputatur.

n. 2. Resp. *Pro rectâ expositione terminorum qæstionis, tenendum est: primò, ambiguè dici*, patientis pro nobis Christi; *pro*, merito passionis Christi. *Nam & justitia Christi, qâ legi divinæ parendo satisfecit, est obedientia* patientis pro nobis Christi, h.e. *illius, qi pro nobis passus est; nec tamen est meritum passionis illius. Deinde perperam confunduntur phrases distinctæ*; Imputari ad justitiam, & Imputari ad justificationem. *Neq; enim justitia, & justificatio sunt idem; sed ut causa & effectus differunt.*

*Animadv.* Th. Gatakeri.

n. 1. Justificatio tamen justitiam necessariò præsupponit; ut conclusio, utravis formulâ concepta, eòdem recidat. T.G.

n. 3. *Qod verò, apud Paulum*, fides imputari *dicitur* ad justitiam; *perinde est, atq; fidei justitiam imputari. Fidei autem justitia est, qæ fide a nobis apprehenditur; nempe Christi justitia. Neq; enim imaginariâ qâdam justitiâ justificamur, qæ neq; in Deo, neq; in Christo, neq; in nobis, insit* L.L.

*sub-*

*subjectivè. Cum ergo neq; sit in Deo, neq; in nobis, in Christo ut sit reliquum est. Est verò illa non passio aut mors pro peccatis; (hæc namq; præmium per se nullum meretur) sed perfecta Legi Divinæ secundum omnes partes, & gradus præstita obedientia: cui soli vitæ æternæ præmium a Lege proponitur*, Lev. 18.5. *Quæ* lex per fidem minimè abrogatur, sed stabilitur, Rom. 3. ult. *Cujus* legis finis, *seu* complementum, est Christus, ad justitiam cuivis credenti, Rom. 10.4.

II. *Constitutâ rectè qæstionis concludendæ sententiâ; ratiocinationem nunc ipsam, pro solius meriti passionis Christi ad nostrî coram Deo justificationem imputatione videamus. Formaliter hæc considerata, est* εὐσυλλόγιστος. *Ad conclusionem siquidem exclusivam inferendam, non minorem, sed majorem qoq; propositionem exclusivam esse oportet: ut scitè monet Aristoteles l. 1. prior. Analyt. c. 38. Materialiter autem, majore propositione ipsâ qoq; exclusivè acceptâ; ut* qo expiatio, & redemptio peccatorum nobis impetrata est, id solum nobis ad justificationem coram Deo imputari *statuatur: deceptio & conclusio falsa existit, è majore propositione falsâ; cujus* πρῶτον ψεῦδος *est, in falsâ illâ hypothesi*; Remissionem peccatorum, ac Justificationem unum prorsus idemq; esse. n. 4.

T.G. Est iste reverâ merus Paralogismus. n. 2.

Do geminum; *Omne risibile est animal:* sive *Id qod est risibile; est animal. Solus homo est risibilis.*

*Solus*

*Solus ergo homo est animal.*

Sed & alterum hunc;

*Adiaphoron omne est licitum.*

*At illud solum qod nec præcipitur, nec probibetur, est adiaphoron.*

*Ergo illud solum qod nec præc. nec prob. est licitum.*

n. 3. Verùm en tibi aliud pro isto argumentum, qod mihi potius palmarium fuerit; & est etiam Piscatorianum, qanqam tibi sine ab illo parùm valido suffultum; ex observat. ad 1. Joa. 1. 7.

4. Qod, omnem, tam omissi qàm commissi culpam, extinguit, & abolet, id peccatorem perfectè justificat:

At Christi perpessiones, omnem tam omissi qam commissi culpam extinguunt & abolent,

Ergo Christi perpessiones peccatorem perfectè justificant.

Propositionis veritas hinc patet,

n. 4. Qod eodem loco peccatorem constituit, ac si Legem per omnia observasset, id peccatorem perfectè justificat.

Qod culpam omnem tam omissi qàm commissi extinguit & abolet, id eôdem loco peccatorem constituit, ac si legem per omnia observasset.

Ergo qod omnem tam omissi qàm commissi culpam extinguit, id peccatorem perfectè justificat.

n. 5. Assumptio sic confirmatur. Qod ab omni peccati reatu liberat; id omnem tam omissi quàm commissi culpam extinguit & abolet.

At Christi perpessiones ab omni peccati

reatu

reatu liberat; Ergo omnem tam omiſſi quàm commiſſi culpam extinguunt & prorſus abolent.

Propoſitio patet, cum nulla ſit vel omiſſi vel commiſſi culpa, qæ non juſtam peccati rationem obtineat: nec ullum etiam excogitari poſsit peccatum, qod non horum alterutro comprehendatur. n 6

Aſſumptio ab Evangeliſta nobis ſuppeditatur. 1. Ioa. 1. 7. αἷμα χριστοῦ καθαρίζει ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. Niſi ſi qis forte negaverit, aut ſanguinis nomine Chriſti perpeſsiones deſignari; aut à peccati cujuſvis reatu liberare ſanguinem illum, qo peccatum omne expurgatur: qorum neutrum, opinor, ſanus & Orthodoxus qvis non concesserit.

## Reſponſio Jo. Piſcatoris.

I. P. Argumentum illud palmarium, qod hîc recitatur, an ſit aliorum, me latet; meum qidem eſſe profiteor. Nec verò vis illius enervatur, per admonitionem de ambiguitate horum verborum, *Obedientia patientis pro nobis Chriſti.* Nam illa intelligenda eſſe limitativè, tam in minore qàm in concluſione; qaſi dicatur, *obedientia Chriſti, qâtenus paſſus eſt*; *ſive obedientia paſſionis*, i.e. *qam Chriſtus Patri præſtitit patiendo*; planum eſt, ex ipſo argumenti ſcopo, qi eſt ut oſtendatur, *Solam obedientiam paſſionis Chriſti nobis ad juſtitiam imputari.* Hoc enim eſt, qod verſatur in qæſtione & de qo controvertitur.

Nec verò eſt ulla hîc diſtinctarum phraſium confuſio; qippe qum non utar hâc phraſi,

phrasi, *Imputari ad justificationem:* sicut nec Scriptura illâ utitur.

n.3. Nihil autem ad rem facit, qod admonetur de phrasi Paulinâ, *Fidem imputari ad justitiam.* [Nec rectè illa phrasis exponitur per illa verba, *Fidei justitiam imputari.* *Paulus* dicit, *Iustitiam imputari homini, i.e.* hominem pro justo haberi. Qocirca si fidei imputatur justitia; dicendum erit, fidem pro justâ haberi; qod, manifestum est ineptè & falsò dici.]

Hîc vocabulum *fiddei* per errorem accipitur in casu dativo.

n.4. Qod autem dicitur *fidei justitiam esse, qæ fide à nobis apprehenditur; nempe, Christi justitia;* verum est, si rectè intelligatur, nempe de justitiâ morte Christi partâ: Si verò intelligatur de obedientiâ Christi, qam is præstitit legi divinæ; falsum est: qia, illa obedientia non est ad hoc præstita, ut per ipsam nobis acqireretur justitia, qâ consistamus coram tribunali Dei. Secùs enim non fuisset opus obedientiâ alterâ, qam præstitit speciali mandato Patris, de moriendo pro nobis ad justitiam nobis acqirendam.

n.5. Qod dicitur, *soli obedientiæ, quæ legi præstatur, vitæ æternæ præmium à Lege proponi:* verum est; sed alienum à proposito. Justificamur enim, non ex promissione Legis, sed ex promissione Evangelij: qâ promittitur remissio peccatorum, & vita æterna credentibus in Christum; nempe Christum suâ morte, remissionem peccatorum eis acqisivisse, atq; ità fecisse ut a Deo pro illis habeantur, qi Legem nunqam transgressi sint; sed perfectam obedientiam ei præstiterint.

Ideo

I.G. Idem à Deo pro illis habemur, qi legem nunqam transgreßi fuerimus, sed perfectam ei obedientiam præstiterimus, qia Christus ea pro nobis præstiterit, quibus legi illi pro culpis a nobis admißis, satisfactum est. n,8

I.P. Qod dicitur, *legem per fidem minimè abrogari, sed stabiliri*, Rom. 3. v. ult. id non hunc habet sensum, qòd ex promißione legis justificemur; sed qòd lex, *i.e* doctrina *Mosis* & Prophetarum, justitiæ fidei testimonium perhibeat, ut percipitur ex cohærentiâ initij capitis qarti; ubi ex libro primo *Mosis* affert exemplum justificationis *Abrahami*: item ex v. 4. &c. ubi testimonium *Davidis* ex Psal. 32. recitat. Nam *Paulum* vocabulo legis Psalmos qoq; comprehendere, patet ex cap. 3. 19, cum præcedentibus collato. n,6

T.G. Imò etiam operum legem, in justificatione peccatoris, interveniente satisfactione, stabiliri, certißimum est. Pedibus pecuniam compensari, in proverbium olim abijt. Si obedientiæ sive justitię illi, qam nos legi, vel Deo potius, vi legis debebamus, qod æquipolleat, pretium aliqod sit a Christo pro nobis depensum, & à Deo ipso, eo nomine acceptum, legi certè divinæ nihil qicqam derogatur. Lex a bovis abigeo, boves qinq; reposcit, Exod. 22. 1. Si pro paupere qopiam, qui bovem abegerit, dives propinqus, boum qinq; pretium justum dependerit, cum pauper ipse non poßit, non hoc facto lex illa abrogatur, eidémve ullâ ratione derogatur, n 9

sed

sed stabilitur potius, dum impletur.

n.7. Qod asseritur ex Rom. 10. ver 4. *Christum esse legis finem, seu complementum, ad justitiam cuivis credenti*; id non hunc habet sensum, qasi Christus legem impleverit, seu obedientiam ei perfectam præstiterit, ut per illam obedientiam credentibus acqireret justitiam: sed hunc; qod lex in eum finem lata sit, ut esset *Iudæis* pædagogus ad Christum, ut loqitur Apostolus, Gal. 3. 24. ut nimirum in morte Christi justitiam per fidem qærerent, qam per legis observationem obtinere non poterant. hunc esse illorum verborum sensum, percipitur ex verbis continenter annexis. v. 5, 6. & 7. I.P.

n.10 Pædagogus ad Christum lex dicitur, non tam ratione præcepti moralis, qâ imbecillitatem nostram detegit; (Neq; enim hoc pædagogi officium est, discipulo defectus suos prodere, qo alium sibi doctiorem se magistrum reqirat,) sed ratione typorum ceremonialium, qibus ad Christum adigitum intendebat: qi & eo respectu στοιχεῖα dicuntur, Gal. 4. 9. Metaphorâ ab elementis primis traductâ, quibus a pædagogo pueri dum imbuuntur, ad altiorem præparantur disciplinam; ad quam ubi transierit, pædagogi munus cessare solet. T.G.

n.8. Porro ratiocinationem illam meam non esse ἀσυλλόγιστον, patet ex eo; qod & termini legitime sunt dispositi in primâ figurâ, & utraq præmissa est affirmativa. I. P.

n.11 Imò hæc est ratio paralogismi, qod propositio minor, sive subsumptio, sit negativa, T.G.

gativa. exclusiva siquidem particula negativæ vim habet.

*Sola obedientia patientis pro nobis Christi*, idem plane valet ac,

*Nihil præter obedientiam patientis pro nobis Christi.*

I. P. Nec, ad ἀσυλλογισίαν istius ratiocinationis convincendum, qicqam facit præceptum Aristotelis hîc allegatum, ex lib. 1. prior. Analyt. cap. 38. Ibi enim Aristot. nihil dicit de voculâ exclusivâ, sed de ἀναδιπλώσει, i.e. reduplicatione seu limitatione. Ait enim statim in principio illius capitis: τὸ δὲ ἐπαναδιπλούμενον ἐν ταῖς προτάσεσι πρὸς τῷ πρώτῳ ἄκρῳ θετέον. οὐ πρὸς τὸ μέσον.

Deinde, si maximè loqueretur de exclusivâ; tamen Sillogismus meus, ex illo præcepto, reprehendi non posset: qia exclusivam *Solum* non apponit medio, sed extremo primo, seu termino minori.

Postremò, si maximè exclusiva *Sola* propositioni majori Syllogismi mei apponatur, dicaturqe; *Qo remissio peccatorum nobis impetrata est, id solum nobis ad justitiam imputatur*: non tamen hinc evadit falsa; sed manet vera: ac proinde, nec conclusio, qæ ex utráqe præmissâ legitimè deducitur, pro falsâ haberi potest, sed omninò pro verâ habenda est.

Hypothesin autem, in qâ propositio illa major fundata est, non esse falsam sed veram; supra, semel atq; iterum demonstravi: nempe *remissionem peccatorum*,

*torum, & justitiæ imputationem unum prorsus idemq; esse.*

n. 12 Imò hoc nondum à te demonstratum est; nec verè unqam demonstrabitur. T.G.

FINIS.



# *Notæ, sive replicatio,* ad responsiones D. *Iohannis Piscatoris*, pro vindicatione Scripti M. *Ludovici Lucij*, De causâ meritoriâ nostrî coram Deo Justificationis.

Unâ cum Animadversionibus T. G. *in easdem.*

Ad Sect. 1.

L.L. *VUlt* D. Piscator, *doctrinam suam, circa hanc quæstionem, cum nonnullis Confessionum Evangelicarum, in Harmoniâ expressarum, consentire.* Num ergo *vult qoq; illam à nonnullis earum dissentire: ut ne qidem Confessionum, in hoc doctrinæ capite, plenus sit consensus? Non autem consentire opinionem* D. Piscatoris, *cum doctrinâ publicâ, in* Harmoniâ *expreßâ, facilè intelliget; qi animadvertet, diversis vicibus, formam gratuitæ justificationis in illis, modò in remissione & non-imputatione peccatorum, modò in imputatione justitiæ Christi, collocari: non exclusivè, aut disjunctivè; sed inclusivè & copulativè.* n. 1.

*Uti*

*Uti facit disertis verbis Confeßio Helvetica posterior; quæ cæterarum Confeßionum, qippe qæ post illas & pleniùs descripta, interpres meritò habetur: adeò ut etiam plerarumq; Ecclesiarum Orthodoxarum, qæ cum illis circa Iustificationis gratuitæ doctrinam, nunqam contenderunt, subscriptionem & assensum publicum meruerit. Verba Confeßionis, in articulo xv. qi est de vera fidelium justificatione, hæc sunt.* Certissimum est, omnes nos esse naturâ peccatores & impios, ac coram tribunali Dei convictos impietatis, & reos mortis; justificari autem, i. e. absolvi à peccatis & morte, à judice Deo, solius Christi gratiâ, & nullo nostro merito aut respectu. Qid enim apertius, qàm qod Paulus dixit? *Omnes peccaverunt, & destituuntur gloriâ Dei: justificantur autem gratis, per illius gratiam, per redemptionem qæ est in Christo Iesu.* Etenim Christus peccata mundi in se recepit & sustulit, divinæq; justitiæ satisfecit. Deus ergo propter solum Christum passum & resuscitatum, propitius est peccatis nostris, nec illa nobis imputat; imputat autem justitiam Christi pro nostrâ: ita ut jam simus non solùm mundati à peccatis & purgati vel sancti; sed etiam donati justitiâ Christi; adeoq; absoluti à peccatis, morte, vel condemnatione; justi deniq; ac cohæredes vitæ æternæ. Propriè ergo loqendo, Deus solus nos justificat; & duntaxat propter Christum justificat: non imputans nobis peccata; sed imputans nobis justitiam. *Hactenus verba Helveticæ Confeßionis.*

T.G. [a] De formulis dicendi hîc usurpatis controversia posset intendi, si rigidè singula qis exigere vellet. Verùm nihil dicitur, qod non ad thesin à me superiùs positam optimè qadret, si commoda admittatur interpretatio. n.1.

L.L. *Cæterùm, ad scopum Confeßionum, atq; etiam Doctorum Orthodoxorum, (qi est, meritorum humanorum à causa justificationis coram Deo exclusio) perinde est; sive justificatio in gratuità peccatorum remißione, sive in gratuità justitiæ imputatione consistere dicatur: modò ne affirmatio unius, negatio & exclusio alterius censeatur.* n.2.

Uti vel ex * *Calvino* ipso, qi Sect 8. n.1. objicitur, constat; qi lib 3 institut. cap.11.Sect.2. sic scribit. *Nos justificationem simpliciter interpretamur, acceptionem qâ nos Deus in gratiam receptos, pro justis habet: eamq; in peccatorum remißione, & justitiæ Christi imputatione, positam esse dicimus.* Et eodem libro & capite Sect.21. *Constat qos Deus amplectitur, non aliter fieri justos; nisi qod abstersis peccatorum remißione maculis, purificantur: ut talis justitia uno verbo appellari qeat peccatorum remißio,* Et Sect.23. *Hinc & illud conficitur, solâ intercesßione justitiæ Christi nos obtinere, ut coram Deo justificemur.* Qod perinde valet ac si diceretur, Hominem non in seipso justum esse; sed qia Christi justitia imputatione cum illo communicatur. Qod accuratâ animadversione dignum est. n.3.

Qod autem de phrasium illarum æqui- n.3
pollentiâ

*pollentiâ opinatur D. Piscator; de illo postea suo loco videbimus.*

* De *Calvino* supra dictum est ad Sect. 8.n.7. T. G.

## Ad Sect 2.

n 1. Duas sententias istas, (qod meritum passionis & mortis Christi pertineat ad nos a mortis reatu, & legis maledictione redimendos; & qod meritum obedientiæ activæ pertineat, ad nobis jus vitæ æternæ, & benedictionem filiorum Dei recuperandum) *D. Piscator* alienas *vocat*; *ut* qæ in qæstione concludendâ non contineantur. *At non propterea alienæ a proposito dici debent: continent namq; approbationem, & prosyllogismum propositionis minoris copulativæ, ex utriusq; partis illius finibus, sive effectis propriis & immediatis ad conclusionem principalem fortiùs stabiliendam.* L.L.

n. 1. At probari ista, non simpliciter proponi, oportuit. T.G.

n. 2. *Porrò*, sententiam priorem simpliciter intellectam veram *agnoscit D. Piscator*; sed exclusivè intellectam *dicit* falsam; cò qòd *Paulus*, Gal. 3 13, & 14. doceat Christum nos morte suâ non solum redemisse a maledictione legis; sed etiam nobis acqisivisse benedictionem Abrahæ promissam, i.e. vitam æternam. *Atqi* Paulus *istud non docet: sed liberationem à maledictione legis, morte Christi maledictâ partam, destinatum antecedens, & causam duntaxat sine qâ non benedictionis conseqendæ;* L L.



*dæ;*

*dæ; non verò causam illius meritoriam: claris admodum verbis constituit, dicendo:* Christus nos redemit a maledictione legis, factus pro nobis execratio; ut super gentes benedictio Abrahæ existeret in Christo Jesu.

T.G. An non is, qi damnatum a morte liberat, eadem operâ eidem vitam procurat? alioqi doceat nos D. *Lucius*, qomodo illud absq; hoc unqam vel præstitum sit, vel possit præstari. n.2.

L.L. Unde *malè etiam* posteriorem sententiam falsam *pronunciat D. Piscator.* Neq; usqam Scriptura tradit; [a] Obedientiam seu meritum mortis Christi sufficisse, ad jus vitæ æternæ, & benedictionem filiorum Dei, nobis acqirendum. Neq; id negare, dignitati atq; efficaciæ illius obedientiæ derogat: *Uti nihil derògat labori atq; studio agri olæ; [b] qi vepres ac spinas runcare, ad fructum ex fundo percipiendum, haud sufficere dixerit* n.3.

*Contrà plurimùm dignitati atq; efficaciæ obedientiæ Christi activæ derogat is, qi illam merito salutis nobis acqirendæ excludit.* n.4.

T.G. [a] Si meritum mortis ad mortem tollendam sufficit; & ad vitam introducendam sufficiat necesse est. n.3.

[b] De vepribus ac spinis runcandis inepta collatio; nisi constet ex runcatione fructificationem, ex spinis sublatis fructum desideratum necessariò conseqi. n.4.

L.L. *Ut igitur non nego,* [a] nusqam tradere Scripturam, qòd obedientiam activam præstiterit Christus, ut per illam nos re- n.5

di-

dimeret; sed redemptionem nostri non nisi obedientiæ Christi passivæ adscribi: (*Redemptionis nomine expreßè, pro liberatione à morte & maledictione legis, accepto :) ita contrà nego, perfectam nostram salutem, in solâ redemptione illâ positam esse ; sed etiam donum justitiæ ad hoc reqiri aio, ut in vitâ regnemus per Christum; necessariumq; esse δικαίωμα ad justificationem vitæ.* Rom. 5,17,18.

n. 5. [a] An non Christus factus sub lege dicitur, ut à lege nos redimeret ? Gal. 4. 4, 5. vide sup. Sect. 7. n. 1. ubi à teipso locus hic adducitur. T.G.

n. 6. Activam verò obedientiam præstitisse Christum, ut esset idoneus ad passivam pro nobis præstandam, & ad nos per illam, non tantùm a maledictione redimendos, *sed etiam perfectè beandos ; neq;* Paulus docet Heb. 7. 26, 27. *neq;* Petrus 1 Pet. 1. 18, 19. *sed uterq; de nativâ duntaxat, seu originali sanctitate atq; innocentia Christi, expreßè scribit : qæ tantum ab activâ Christi obedientiâ differt , qantum naturalis qalitas ab actione differt voluntariâ.* L L.

n. 6. Si ad justitiam actualem nobis imputandam obedientia Christi activa necessariò reqiritur, qidni & ad justitiam habitualem nobis itidem imputandam nativa Christi sanctitas fuerit necessaria? qum tam ista, qàm illa, ad vitam conseqendam exigatur. Sin mors Christi ita vitij originalis meritum malumq; tollit, ut nativâ puritate imputatâ nihil opus sit, qidni & peccatum actuale ita extinguat, ut obedientiam imputari insuper nihil necesse sit ? T.G.

Ad hæc si obedientia Christi ideo imputatur fidelibus, ut actualis justitiæ loco illis accenseatur, infantibus servandis ea minus erit necessaria, à qibus per usum rationis ea nondū exigitur. ita conseqens erit, qosdam, adultos scil. Christi imputatis tum perpessionibus, tum & obedientiâ simul, servari; qosdam verò, infantes nimirum, illis duntaxat, non & istâ, imputatis ad salutem conseqendam opus habere. n.7.

L. L. *Circa minoris meæ comprobationem, primum hæsitat D.* Piscator *in illis verbis*; Qantum qidem ad meritum Christi in hac vitâ: *qibus neqaqam* innuitur Christum adhuc nobis mereri in vitâ alterâ; id qod *etiam* nusqam in Scripturâ tradi *puto*; *sed discernitur solum inter perfectæ redemptionis, ac salutis acqisitionem, merito Christi in hac vita factam; & actualem ipsius efficaciam, & possessionem plenam, in alterâ demum vitâ nobis obventuram. Siqidem* spe *adhuc, non reipsâ,* salvi facti sumus. Rom. 8 24. n.7.

*Deinde* negat abolitionem reatûs, ablationemq; maledictionis, & acqisitionem justitiæ, jurisq; vitæ æternæ, esse diversas redemptionis nostrî partes. *At negat petendo principium, per falsum hoc postulatum,* qia reipsâ unum & idem illa sint; verbis tantùm differant. [a] *Neq, enim* hoc ipso, qod hominis reatus aboletur, justitia ei acqiritur. *Neq, per conseqentis necessitatem,* qamprimum homo desinit esse reus, incipit esse justus: *qum* inter reatum & justitiam sit medium, *status* viz. *innocentiæ, qæ neq, pœnam neq, præmium meretur.* n.8.

*Tametsi in hoc negotio justificationis, per* ne-

*necessitatem consequentiæ*, [b] *hypothesin* viz. *voluntatis Dei, perfectè nos beare volentis*, qum aufertur ab homine maledictio, tribuitur ei benedictio. *ut rectè* hinc Paulus, benedictionis collationem, *ceu finem*, ex maledictionis ablatione, *ceu destinato*, deducat, Gal. 3. 13. 14. *qantumvis non ob unam eandemq; utriusq; causam meritoriam, & proximam.*

n. 8. [a] Itane *inter reatum & justitiam datur medium, status scilicet innocentiæ?* Audi *Mosen*, Deut. 27. 26. & ex *Mose Paulum*, Gal. 3. 10. Aut qis tandem innocens iste, qi non & justus? aut qomodo non justus, qi nihil unqam deliqit? aut si deliqit, qomodo jam innocens? Certè innocens qi fuerit, haud erit morti obnoxius; qi mortem non meruit, proculdubio victurus est. Vide *Bellarm.* de justif. l. 2. c. 16. ad 3. Nam de præmij merito, ego planè, qid sit, nescio T. G.

n. 9. [b] Mittatur *hypothesis* ista; ex rei ipsius naturâ, nec inter justitiam & injustitiam, nec inter vitam & mortem, in subjecto utriusq; capaci, ullum datur, aut unqam dabitur, medium.

Hic itaq; nodus non tam leviter transmittendus fuerat; sed & explicatius proponi, & validius confirmari, qod hic asseritur, debuerat. in hoc enim reverâ totius negotij istius cardo vertitur.

n. 10 *Porrò*, Christum acqisivisse nobis justitiam, & jus vitæ æternæ, obedientiâ suâ, qam præstitit legi agendo, *rectè* probatur ex locis allegatis. *Namq;* Rom. 5. 17. *docet Apostolus*, eos qi [a] redundantiam gratiæ, L. L.

& doni justitiæ accipiunt, in vitâ regnatu o; per unum Jesum Christum. *Qid autem est* justitia, *nisi obedientia legi divinæ agendo præstita? uti contrà injustitia & peccatum est* ἀνομία, *& legis divinæ violatio.* Et *v.* 18. *ait Paulus*, per unius δικαίωμα [*redundaße donum*] in omnes homines ad justificationem vitæ. [b] *Qid verò est* δικαίωμα, *quàm actio legi divinæ conformis? Qid* justificatio vitæ, *nisi vitæ æternæ adjudicatio?* Et *v.* 19. per unius [*Christi*] obedientiam justos constitui multos, *asserit Apostolus: qam Christi obedientiam opponit inobedientiæ* Adami; *qæ utiq; activa fuit, contra Dei mandatum. ut etiam ex istâ antithesi percipiatur, obedientiam Christi activam, secundum Dei mandatum, accipiendam esse.*

T.G. [a] *Gratia donumq; justitiæ*, qidni esse possit, gratuita Dei erga suos benevolentia, Christiq; satisfactio eis imputata, qæ justitiæ vicem obtinet; sive justitia morte Christi parta, gratuitò & ex favore mero, credentibus imputata? n.10

Neq; tamen inficias iverim, regnum illud, sive gratiæ in hoc seculo, sive gloriæ in futuro, amplius qiddam esse, qoad gloriam scilicet cœleste, qam hîc illi expectant, ibi possidebunt, qam qod in *Adamo* amissum est. qod & Apostolus consultò commemoravit, qo beneficia nobis per mortem Christi meritumq; parta amplius commendaret. Verùm non ea justificationis vi nobis obtingit, non magis qàm adoptio ad hæreditatem cælestem; sed, qod author ipse de simili loco Heb. 9. 15. sup. ad Sect. n.11

6.

6.n.1. & ad Sect. 8 n.21. justificatio antecedens necessarium existit gloriæ illius consequendæ.

n.12 [b] *Quid est*, inquis, δικαίωμα *quam actio legi divinæ conformis?* imò significat alia non pauca τὸ δικαίωμα. aliquando præscriptionem, allegationem δικαιολόγημα, causæ præsidium & munimentum; ut in in illo apud Suidam, ἐδὲν δικαίωμα τῶν ὅπλων ἰσχυρότερον. aliquando juris compensationem, quod τῷ δικαιοπραγήματι ferè æquipollet, etsi non sit prorsus idem. Καλεῖται δὲ τὸ κοινὸν μᾶλλον δικαιοπράγημα. δικαίωμα δὲ τὸ ἐπανόρθωμα ἀδικήματος. Aristot. Ethic. l 5.c.7. quod Apostoli locum haud parum illustraverit. Mitto enim quòd τὸ δικαιοῦσθαι aliquando puniri significat. Synes. Epist. 44. τῷ δικαστῇ μὲν ὁμολογητέον τὴν πρᾶξιν, ἐξιλαστέον δὲ τῇ παραυτίκα τίσει τὰς κάτω ποινάς. μεγίστου γὰρ ὄντος ἀγαθοῦ τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν, δεύτερον ἀγαθὸν τὸ δικαιωθῆναι. δικαίωμα ergo vel actionem, vel perpessionem, vel utramq; etiam junctim designare potest, quâ legi violatæ satisfit, & injuriæ illatæ compensatio justa exhibetur. In quo etiam sensu sumptum, dictum illud Synesii verissimum fuerit, quanquam autor ipse aliud voluit.

n.11 *Excipit adversus hoc postremum D. Piscator n.5.* Obedientiam hanc Christi, non esse illam quam præstiterit is legi, sed quam præstiterit speciali mandato Patris, de patiendo ac moriendo pro electis. *At effugium hoc est, cum elenchi ignoratione conjunctum.* [a] *Ubi enim in verbis Apostoli* L.L.

 *sit*

*sit mentio specialis istius mandati, de patiendo ac moriendo? Et qidnam speciale mandatum Patris est, nisi missio Filii in carnem ad officium mediatoris defungendum? Num autem missus est Filius, tantùm ut pateretur & mereretur; an verò etiam ut legem impleret.* [b] Mat. 5. 17, 18.

*Atq; hec etiam est* obedientia, de qâ loqitur Apostolus, Heb. 10. 5. seqent. *uti præsertim ex v. 7. apparet: qæ ab obedientiâ passionis nunqam fuit sejuncta; sed unà cum illâ complementum suum, per oblationem corporis Christi in cruce, est sortita. v. 10.*

T.G. [a] *Ubi, inqis, sit mentio in verbis Ap. specialis mandati istius?* regeret D. *Piscator*, in toto capite antegresso, ubi fundamenta dictorum istorum jaciuntur, mortis tantùm & perpessionis, non & obedientiæ generalis legi morali exhibitæ mentionem reperiri. Vide & Joan. 10. 18. & 14. 31.

[b] At qânam tandem lege, nisi speciali illâ astringebatur Christus ad Sacramentum istud percipiendum, qod peccatum, à qo is immunis erat, præsupponebat? Ad locum ipsum Strigel. *Universalis hoc loco distributivè intelligatur.* i.e *te tuam, me meam* q.d *te decet tuæ parere vocationi; me meæ. non hoc vult; meum baptismus est omnis justitia.* Piscat. i.e. *perficere omne officium utriq; nostrum a Deo mandatum.* Beza. i.e. *omnia nobis in nostro munere fungendo mandata, &c. interest, qòd Christus non sui, sed nostrì causâ, tum crucifixus, tum baptizatus est; munusq; suum pro nobis præstitit, ut nos ab utriusq;*

&

*& moralis & ceremonialis legis violatæ maledictione liberaret.* Gal. 4. 4, 5.

n.15 Animadversio ista ex errore nata est, locum illum Mat.3.15. designatum autumabam, cum ad notas numerales minus intenderem. Neq; tamen est prorsus ἀπροσδιόνυσος. justitiæ siqidem à Christo præstitæ nomine etiam baptismi susceptionem comprehendi demonstrat. Nec est observatu indignum, qod *Beza* ibid. justitiæ etiam à Christo præstitæ virtute a legis violatæ maledictione liberari fideles; ut utraq; obedientia Christi, tam activa, qàm passiva, ad peccati expiationem per modum satisfactionis, (uti Ravensperg. thes 5. de justific ) & maledictionis peccato debitæ amotionem concurrat. Verùm vide amplius de loco illo Isidor, Pelus.l.1. epist.66. sed & Aug.in Joa.tr.4 & de verbo Dom.63 qi justitiam hanc, humilitatis exhibitionem intelligit.

n.16 Locus autem, ad qem autor ipse digitum intendit, ex Matth.5. probat qidem *venisse Christum ut legem impleret*, sed & *prophetias*; & ad legem tam ceremonialem, qàm & moralem implendam. verùm non probat, id ab illo præstitum vice nostrâ. qod nec potuit; cum nec nostrum qisqam ad leges ceremoniales, nec ad prophetias implendas, de qibus eo loci agitur, præter Christum, mortalium ullus teneretur.

*Similiter censendum est de* Adami inobedientiâ: *qâ opinatur D. Piscator* illum transgressum esse *non ipsam legem Dei; sed speciale duntaxat mandatum,* L. L.

n.12

de abstinendo à fructu certæ arboris in Paradiso. *Num vero speciale istud mandatum, non nitebatur generali legis sententiâ & obligatione, cordibus hominum etiam inscriptâ:* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, & proximum sicut teipsum? *Aut num, transgressione specialis mandati, de non manducando ex arbore vetitâ, non peccavit* Adam *contra dilectionem Dei & proximi, qam lex Dei efflagitat?*

T.G. [*Duntaxat*] illud à tuo est obligandi vim habuit à generali speciale: non tamen a generali illo processit. Mandatum illud, de *Isaako* immolando, *Abrahæ* datum, Gen. 22. à jure naturæ generali obligandi vim habuit, etiamsi non à jure illo profluxerit. n.17

L.L. Chrysostomus, *qi hoc loco, uti & Calvinus, qi Sect.* 8. *n* 1. *objicitur, impropriè cum multis alijs loquntur;* justitiam *μεταληπτικῶς pro justificatione, & συνεκδοχικῶς justificationem ipsam,* peccatorum remissionem *dicentes: nihilominus instituto suo accommodatè, ad operum humanorum merita excludendum; non item ad divortium inter meritum passionis, & activæ Christi obedientiæ, faciendum.* n.13

*Alter qoq;* locus ex Rom. 10. 4: &c. *rectè allegatur pro sententiâ nostrâ Verba Apostoli:* Nam finis legis est Christus, ad justitiam cuivis credenti. v. 4. *Qam justitiam? Eandem qidem illam, qæ in lege describitur; sed ex legis sententiâ non fit nostra, qia nemo nostrûm est, qi legis* n.14

*mandata sic præstet, ut per illa vivat. v.5. Fit autem nostra ex Evangelij sententiâ, per fidem nobis imputata; qæ à Christo legi obediente est præstita. v.6,7,8,9.*

n.18 Qomodo non ad justitiam, si ad abolitionem peccati & injustitiæ ablolutam, àd qam illa necessàriò conseqitur? Nihil ergo te juvat locus iste. T.G.

n.15 *Excipit hic D.* Piscator *iterum, ut ante, per elenchi ignorationem:* In verbis *Pauli* nullam mentionem esse obedientiæ Christi, qam præstitit legi. *Non magis, inqam, fit etiam* obedientiæ mortis *mentio,* qam Christus non legi, sed mandato *duntaxat* speciali, præstitit. *Contrà,* si obedientiæ mortis fit mentio; *ut* ex v. 7 patere *putat D.* Piscator; *etiam obedientiæ vitæ, qam Christus legi præstitit, fit mentio; ut ex v 6. cujus verba versui 7. sunt ἀντίθετα, æqè patere potest.* L. L.

n.19 Sit *obedientiæ mentio, qam legi præstitit, in formâ,* uti priùs dictum est, *servi;* nihil tamen hoc facit, ad dogma tuum stabiliendum, de diversâ utriusq; operatione, & ad fines disparatos imputatione, prout tu eos esse censes. T.G.

Ad Sect. 3.

n.1. *Ait D. Piscator;* Paulum in loco allegato Rom.4 6,7 non commemorare justitiæ imputationem & peccatorum remissionem, tanqam justificationis partes. *Id hactenus verum est, qatenus* Paulo *non fuit* L. L.

*fuit, propositum justificationis, tanqã thematis simplicis, declarationẽ ex partitione illius exponere: disputat namq; pro justificatione hominis gratuitâ, contra meritum operum humanorum. At neq;* commemorat illa *Paulus* tanqam æqipollentia *&* *synonyma, qippe* cujus rei nullum indicium in textu apparet. id qod infra ad Sect.8. ampliùs ostendetur.

*Neq;* v. 6. justificationem definit per justitiæ imputationem; sed beatum, pronunciat illum, cui Deus imputat justitiam absq; operibus. *Eoq; etiam v. 7. &* 8. *non* definitionem illam, *qæ manca & insufficiens foret; sed pronunciatum suum,* confirmat testimonio *Davidis.* n.

In illo *autem* testimonio, non habentur (*ut fatetur ipse D.Piscator*) verba qæstionis probandæ; sed diversa & minimè æqipollentia. *Ergo, cum* nihil probet *Apostolus* vi æqipollentiæ verborum, *superest ut probet vi alicujus argumenti, in verbis illis* Davidis, *tanqam prosyllogismo, comprehensi* n.

*Ut jam iterum* pateat, imputationem justitiæ, cujus fit mentio v. 6. *non* idem Apostolo valere, *qantum ad verba pertineat,* qod remissio peccatorum, cujus fit mentio v.7. & 8. n.

*Cui veritati attestatur* expositio Chrysostomi; *ne illa noviter conficta alicui putetur: qippe & proposito Apostoli, & rei ipsi significatæ prorsus consentanea.* n.

T.G. Qam Apostoli proposito accommodata sit *Chrysostomi* interpretatio, fusissimè ostensum est, ad scripti prioris Sect.9. n.5 n. 11.

Sect.

Ad Sect. 4.

n. 1. *Responsioni meæ ad argumentum secundum; consentire se profitetur D.* Piscator; *sed illam ad se nihil pertinere; qia ipso ille argumento non utatur. pertineat igitur ad illos qi eo utuntur: Uti præter alios, fecit D. Ursinus, in explicationibus Catecheticis, ad Qæstionem LX.* L. E.

Ad Sect. 5.

n. 1. Argumentum *tertium, ad evitandam fallaciam à dicto secundum qid,* aliter formandum, atq; his verbis concipiendum esse, *dicit D. Piscator.* Si Christus pro nobis legi obedivisset, nos ad legis obedientiam non ampliùs obligati essemus; prout eò qòd Christus pro nobis passus est maledictionem, nos ipsi non amplius ad illam obligati sumus. L. E.

*At neq; ad hunc modum, servatur argumentum, à fallaciâ ad dictum secundum qid: qia prior illa sententia non simpliciter vera est; sed in hunc duntaxat sensum: Si Christus pro nobis legi obedivit, vitæ æternæ promerendæ causâ; nos hoc nomine ad legis obedientiam non ampliùs obligari. Ita namq; lex præstitu nobis est impossibilis,* Rom. 8. 3.

n. 2. *Atq; sic demum constat paritatis ratio, in membro posteriori: qod Christus pro nobis passus est maledictionem, (metonymicè, pro pœnâ peccatorum, nempe morte; cui accidit maledictio) ne nos-ipsi ampliùs ad illam obligemur. Tenemur*

*enim adhuc pati, & mori; qanqam non ad sustinendam peccatorum pænam: non minùs atq; adhuc tenemur legi Dei obedire, qantumvis non ad promerendam vitam æternam. Isto enim utroq; modo, solus Christus, sponsor noster, utroq; debito, qo post lapsum Deo obligati eramus, nos exolvit; ut nos ad utrumq; illud solvendum non amplius simus obligati.*

[a] De hoc merito, supra ad Sect. 5. n. 2.

Ad Sect. 6.

L.L. *Qod* vitæ æternæ hæredes reputemur propter remissionem peccatorum; *probare conatur D. Piscator*, ex verbis *Pauli*, Heb. 9. 15. *At frustra:* Morte *qidem* factâ mediatoris, ad redemptionem prævaricationum præcedentium, *opus fuiße*; qo promissionem acciperent vocati æternæ hæreditatis; *apud* Paulum *lego: sicq; remissionem peccatorum morte Christi partam, neceßarium antecedens vitæ æternæ conseqendæ esse, agnosco. Eandem autem esse causam vitæ æternæ, & qidem meritoriam, qâ de qæstio nobis est; neq;* Paulus *Apostolus dicto loco, neq; usqam alibi Scriptura docet.* n. 1.

n. 3.

*Deinde* [a] Remissio peccatorum facit *qidem*, ut habeamur pro innocentibus; *at non* facit ut *propterea* habeamur pro justis. *Namq; &* Innocens *simpliciter atq; universaliter is dicitur*, qui est extra omnem culpam; *ac proinde*, qi legem Dei nunqam est transgressus. *Qi autem talis est, is propterea nondum justus est;* [b] *Innocentia siqidem, privatio duntaxat noxiæ* n. 2.

*est:*

*est : Iustitia verò habitus est contrariè injustitiæ habitui oppositus* ᵃ *Sicut igitur peccator in sacris literis reputatur, qui vel unam Dei legem transgressus est ; ita justus in eisdem reputatur, non qi nullam Dei legem est transgressus ; sed qi* justitiam; *adeoq; omnem Dei legem* fecerit; manseritq; in omnibus, qæ in libro legis scripta sunt. Levit. 18.5. Luc. 10.28. 1. Joh. 3. 7. Deut. 27.26.

n. 1. ᵃ An non is justus est, qi extra omnem culpam est, ac qi legem divinam nunqam transgressus est ? an cum Apostolus de Christo, 2 Cor. 5.21. qi peccatum non norat, non justum fuisse, sed innocentem tantùm voluerat ? Vide suprà ad Sect. 8. n. 2, 3. T. G.

Ad hæc Christus infans, qæro innocens duntaxat, an & justus, justitiæq; habitu perfectissimo præditus fuerit, cum tamen nihil adhuc egisset, qod fieri lex ab homine postulat. Vide ipsum te Lud. Luc. Theolog. Christian. l. 1. de persona Christi, p. 53.

n. 3. ᵇ *Innocentia* dupliciter potest sumi, vel pro immunitate ab actu ullo elicito, qo qis alteri noxam inferat ; qo sensu infantes innocentes dicuntur, cum sint tamen divino judicio ob insitam pravitatem obnoxij : vel pro immunitate ab omni malo culpæ, sive habituali sive actuali, qod divino judicio obnoxium constituat. priore sensu innocens dici potest etiam qi injustus est ; posteriore, nemo innocens est, qi non & idem justus sit. Itaq, *Adam* à primo ortu, non in innocentiâ, sed in justitiâ

ſtitiâ creatus perhibetur Epheſ. 4. 24. & ab origine ipſâ, juſta nata fuiſſet ejuſdem ſoboles univerſa, ſi in ſtatu primævo ipſe perſtitiſſet. Non eſt ergo innocentia medium qiddam inter juſtitiam & injuſtitiam, qocunq; modo accipere libuerit.

Ex definitionibus ipſis peccatoris & juſti hîc poſitis, deſtruitur planè qod intenditur. niſi enim medium aſſignari n 4
poſſit inter eum, qi nullam omninò Dei legem tranſgreſſus ſit, & qi omnem prorſus obſervarit, certè inter juſtum & injuſtum ex hîc poſitis dari non poteſt. At illud non poſſe dari, liqidiſſimè conſtat. Si enim illum deſignaveris, qi contra legem nihil egerit; is ejuſmodi ſi ſit à qo lex nihil qicqam fieri exigat, legi conformis eſt, & per conſeqens juſtus; prout *Adam* in primo creationis momento; ſin fieri qid exigat, non faciendo qod exigitur, ex Deut. 27. 26. injuſtus conſtituitur.

Nihil ergo ad propoſitum faciunt n. 5.
loci adducti, ad adultos de adultis, qi facere & poſſunt & tenentur, loquuntur; non de infantibus, qi per ætatem nihil poſſunt; in iſtis autem, inter eum qi omnia fecerit, Levit. 18. 5. eumq; qi in omnibus non perſtiterit, Deut. 27. 26. medium ponere, eſt inter ſontem & inſontem tertium aliqem ſtatuere.

L. L. *Qod dicitur* pœnæ perpeſſionem, quâ n. 3.
pœnæ, non eſſe cauſam præmij, *id de omni perpeſſione pœnæ verum eſt, qam ſuſtinent, ſive peccatores ipſi, ſive ſponſores ipſorum loco. Perpeſſio itaq; pœnæ, qam Chriſtus ſuſtinuit pro nobis, præmij, nempe benedictionis*

*Abrahæ*

*Abrahæ promissæ, causa non est; sed antecedens destinatum illius, teste Apostolo,* Gal. 3. 14.

n. 6. *Pœnæ perpessio*, qâ pœnæ, *non est*, reverâ *causa præmij*; sed perpessio, qâ satisfactio, dum culpam diluit, in statum culpam antegressum peccatorem reponit. T.G.

n. 7. Sed nec in pacto primo præmij alicujus mentio reperitur. Delinqenti mortis supplicium indicitur, prout in legibus humanis fieri amat; in justitiâ, sive obedientiâ persistenti, vita continuanda, necessariò innuitur. si enim nisi delinqenti moriendum non fuerit, non delinqenti qid nisi vivere restat?

n. 8. Adde qod perpessio, qâ est spontè suscepti oneris, sive muneris obitio, etiam præmij causa esse potest; idqe ibi cumprimis, ubi pactio aliqa de eo præmio intercessit. An non qi pro principis salute, periculo se exposuerit, morti spontè objecerit, qod in *Davidis* causâ *Sauli Ionathas*; 1. Sam. 19. 5. & eâ ratione occubuerit, præmium hoc modo sibi suisq; meritò etiam acqisiverit? Ego certè nullus ambigo, Christum morte spontaneè susceptâ, etiam gloriam nobis cœlestem meruisse.

n. 1. *Porrò qia* promissio vitæ, obedientibus legi tantùm facta est: Mat. 19. 17. *inde seqitur*, Christum legi pro nobis, *i. e.* nostro loco, seu nostrâ vice, obedivisse. *Christi igitur & meriti ipsius respectu*, justificatio nostri pendet *etiam* à promissione L.L.

sione legis; *tametsi nostri respectu, à solâ* promissione Evangelij: qâ promittitur credentibus in Christum, remissio peccatorum, propter obedientiam *passionis & mortis illius*; & vita æterna, *propter* obedientiam legi præstitam, *qæ illis ad justitiam imputatur: unde fit, ut ipsi pro illis habeantur, qi obedientiam legi præstiterint. Hæc namq; & non illa mortis obedientia, est* donum justitiæ, qod accipientes in vita regnabunt, per unum Jesum Christum. Rom. 5. 17.

ª Obedientia *igitur* mortis non imputatur ad justitiam; *tametsi imputetur ad justificationem, h.e. ut credentes etiam per illam justificentur; qatenus propter illam, à culpâ & pænâ peccatorum, in judicio Dei absolvuntur.* Cui *verò* justitia à Deo imputatur, sive (qod idem valet) qi pro justo à Deo habetur, is habetur pro eo, qi legi Dei perfectam obedientiam præstiterit: qippe cùm lex Dei sit unica justitiæ nostræ regula: *ut præclarè & verè ait D. Piscator.*

T. G. ª Qomodo non ad justitiam imputatur, qod imputatur ad justificationem? justitia enim necessaria est, ut verè justificemur. Vide Script. Sect. 10. n. 2. Neq; potest qis verè justificari, qi non reverà justus sit. Si ergo merito mortis Christi justificamur, etiam merito ejusdem justi constituimur. Etsi enim aliud est justificari, aliud justum constitui; prius tamen necesse est ut qis justus existat, qàm ut verè justificari possit; nec potest aliâ

ratione justificari, qàm qâ justus constituitur.

## Ad Sect. 7.

n. 1. *Qod* Christus, qâ homo & creatura rationalis, obligatus fuerit ad Legi obediendum; *extra controversiam est: qoniam, ut mediator noster*, legi subjectus factus est. L. L.

n. 2. *Qod autem* pro seipso *obligatus fuerit, sic, ut obedientia ipsius propterea nobis ad justitiam non imputetur: id verò est qod pernegamus.* [a] *Manet enim insolubile argumentum, à destructione destinati necessarij, ad destruendum finem:* Qi non pro seipso, sed pro nobis duntaxat servandis, homo & creatura factus est; is qq; non pro seipso, sed pro nobis duntaxat servandis, legi subjectus, & ad illi obediendum obligatus fuit.

n. 3. *Et verò Scriptura, Christum,* [b] *ab obligatione pro seipso expressè excipit* Phil. 2. 6, 7, 8. *asserens, illum* in formâ Dei existentem (*ac proinde Dominum; non servum Legis*) semetipsum exinanivisse, formâ servi assumptâ; & sic humiliatum, obedientem factum, ad usq; etiam crucis mortem.

n. 1. [a] Infirma nimis argumentatio. *Christus pro nobis servandis homo & creatura rationalis factus est. Ergo qicqid homo jam factus executus est, eo fine fecit ut nobis ad justitiam imputaretur*; utpote, qod excreavit, qod cæci oculos sputo illevit, qod comedit, &c. Hominem fieri ex T. G.

Dei

Dei præordinatione & provisione necesse fuit, ut mediatoris partes exequetur. at homo eo fine jam factus, non potuit non lege illâ æternâ teneri, ad Deum affectu perfectissimo diligendum & ad puritatis insitæ ac innatæ habitum consummatissimum.

L.L. [b] Non eximit Scriptura Christum ab obligatione ad legem Dei æternam pro seipso. asserit Christum, quâ Deum, sponte servi formam suscepisse, in eâq; morti etiam se subjecisse, ad quam scilicet nec quâ homo, cum peccatum non nosset, lege illâ pro sese astringebatur.

L.L. Dum autem Apostolus dicit, Christum nobis similem factum esse per omnia, excepto peccato, Hebr. 2. 17. & cap. 4. vers. 15. expressè de naturâ & affectionibus passionibusq; humanis; minimè verò de obligatione legis pro seipso loquitur.

Porrò, si verum est, (uti fatetur D. Piscator) Christum legi obnoxium factum esse, pro nobis servandis: hinc omnino seqitur, eum non fuisse obligatum, ad obediendum legi pro seipso. Qod namq; pro seipso debebat, illud nobis servandis impendere non poterat. siqidem nullum debitum proprium dissolvit alienum. Unius qidem rei, plures possunt esse fines: at illi subordinati; non item oppositi, & sese mutuò destruentes.

T.G. At tu D. Piscatoris verba in sensum alienum detorqes. Obnoxius enim legi propriè dicitur, qi ob culpam admissam noxæ subjacet, qâ ratione Christus pro nobis,

nobis, quorum reatum sustinuit, legi obnoxius recte dicitur: cum cæteroqi ad legis observationem, qa creatura, etiam pro sese teneretur.

4. Et profecto qi obedientiam non debuisse, nec sanctitatem debuisse eundem, iidem contenderint. I.I.

9. *Porro, locum*, Gal. 4. 4, 5. non loqi de obligatione Christi, ad obedientiam legis; sed tantum de subjectione sub legis maledictione; D. *Piscator* percipi *putat*, ex verbis γενόμενον ὑπὸ νόμον, factum sub lege. Cujus locutionis sensum esse istum, subjectum maledictioni legis. *Iterum* percipi *putat* ex antithesi *in dicto Pauli*, Rom 6 14. Non estis sub lege ὑπὸ νόμον, sed sub gratiâ. *Male, per fallaciam à dicto secundum qid, cum elenchi ignoratione conjunctam. Qæ enim ratio hujus est conseqentiæ?* τὸ esse sub lege *qando opponitur* τῷ esse sub gratiâ, *idem significat, qod* esse subjectum maledictioni legis: *Ergo tantum istud & nihil amplius significat; etiam qando simpliciter ac citra antithesin illam dicitur.* L.I. T.G.

7. *Num vero etiam*, maledictioni legis subjectum, & obedientiæ legis sujectum esse, *inter se pugnant; ut ex unius positione alterius destructio conseqatur? Repugnantiam certe istam D.* Piscator *ipsemet rejecit, supra ad Sect.* 4. *responsioni meæ ad argumentum secundum consentiendo. Vt nihil nunc de diversitate phrasium istarum*, fieri sub lege, & Esse sub lege, *immisceam.* I.I.

5. Non qæritur, an ista duo ita inter se pug- T.G.

pugnent, ut uno posito tollatur alterum, sed, an ita sint inter se connexa, ut uno posito necessario ponatur & alterum.

L.L. *At opinionem suam, de sensu illius locutionis, etiam percipi putat D. Piscator ex verbis illis,* Ut eos qi erant sub lege, τοὺς ὑπὸ νόμον, redimeret: *negans,* Christum redemisse nos à legis obedientiâ; sed tantùm à maledictione: *& abutens ad hoc, testimonio,* Gal. 3. 13. *ubi exclusiva ista minimè continetur. Num igitur per Christum, ab obedientiâ legis perfectâ, & nobis impossibili, qâ vitam æternam ipsi promereremur, non sumus redempti,* h. e. *liberati, & soluti? tametsi ab omni obedientiâ legis, propterea minimè simus exoluti. Uti nec propterea ab omni passione & morte redempti simus; qod à passionis & mortis maledictione liberi, per Christum facti sumus.*

T.G. Non sumus ab obedientiâ legis perfectâ per Christum ulteriùs redempti, qàm ne obedientia vel non præstita, vel imperfectè exhibita, ad mortis æternæ reatum constrictos nos teneat.

Ad Sect. 8.

L. L. Ex loco allegato *Rom.* 4. 6, 7 rectè colligi, *Iustificationem nostri coram Deo, & Remissionem peccatorum,* rem prorsus unam eandemq; esse, *hoc Syllogismo ostendere conatur D. Piscator.*

[a] Imputatio justitiæ est ipsa justificatio. Atqi

Re-

Remissio peccatorum est ipsa imputatio justitiæ, *Ergo*
Remissio peccatorum est ipsa justificatio.

Resp. *Utraq; præmissa est falsa. Major; qia confundit partem cum toto. Minor; qia confundit partes totim inter se.*

n.1. Imputatio justitiæ non est propriè loqendo justificatio sed fundamentum & ratio potius justificationis. T.G.

n.2. *D. Piscator*, Majoris veritatem liqere, *ait*, ex naturâ definitionis; qæ cum definito reciprocetur. *At verò Iustificatio per imputationem justitiæ non definitur, sed Apostolus v.6. dicit*, Beatificationem esse hominis, cui Deus imputat justitiam, *in qo pronunciato non est nexus definitionis & definiti; sed adjuncti & subjecti, ad hunc modum:* Homo, cui Deus imputat justitiam absq; operibus, est beatus. *Definitionis nullum hîc vestigium apparet.* L.L.

n.3. *Sed nec* Assumptionis veritas liqet ex collatione *v.7.* cum *6.* *neqaqam enim* qod v 6. appellatur imputatio justitiæ, id-ipsum v.7. nominatur remissio peccatorum. *Verùm imputatio justitiæ, ceu conseqens, ex remissione peccatorum, ceu antecedente infertur.*

n.2. Imputatur justitiæ loco satisfactio à Christo præstita, qæ justitiæ vicem & rationem obtinet, qia culpam, pro qâ satisfactum est, penitus extinguit & abolet, ac si ea nunqam exstitisset. Hæc imputata, cum, cui imputatur, cum reatu T.G.

omni

omni meritò exolvat, justum planè constituit. Justus jam constituturus, si ad tribunal compareat, ubi veritati ac justitiæ locus datur, justificetur necesse est: justificationem sequitur peccati sive reatus omnis apud eum in quem deliqit, remissio, & pro justo merita acceptatio.

Atq; hoc interest inter condonationem meram, & justificatione acqisitam: qod ibi pœna relaxatur, hic meritum pœnæ: inter condonationem prece tantùm interveniente, & eandem pretio satisfactorio interposito procuratam; qod nulla ibi necessaria sit justificatio, isthic ea necessariò, si verè agitur, habeatur.

Neq; tità phrasium æqipollentia patet, ex ratione probandi, qatenus argumentum sumitur à testimonio. *Malè enim præsupponit D.* Piscator; *in omni allegato testimonio, idem, vel iisdem, vel æqipollentibus verbis, dici debere, cum eo, qod principaliter est probandum. Cum sufficiat etiam argumentum in testimonio contineri, cujus vi prosyllogisticâ, conclusio principalis inferi qeat. vel unico hoc exemplo, (ut infinita prætermittam) id liqere potest. Christus,* Matth. 22. 31, 32. *contra Saduceos, mortuorum resurrectionem confirmaturus, allegat testimonium Dei,* Exod. 3. 6. Ego sum Deus *Abrahami*, & Deus *Isaaci*, & Deus *Iacobi. in qo utiq; testimonio mortuorum resurrectio, neq; iisdem neq; æqipotentibus verbis dicitur. nihilominus tamen rectè ex eo colligitur vi argumenti, qod in testimonio illo continetur, in hunc sensum:* Si *Abraham, Isaac*, & *Iacob*, jam demortui resurgent; tum etiam alij mortui re-

resurgent. At prius est verum; ergo & posterius.

*Assumptum probatur hoc prosyllogismo:* Qorum Jehova Deus est, illi etiam mortui resurgent. *Ratio:* quia Deus non est mortuorum, sed viventium.

At Abrahami, Isaaci & Jacobi, Jehova Deus est: *ut ipsemet ad Mosen dixit.*

Qocirca Abraham, Isaac & Jacob, mortui resurgent. *Aliter discursus Christi ad propositum ipsius accommodatè, resolvi minimè potest. Ubi tamen manifestè patet, non conclusionem principalem in allegato dicto; sed prosyllogismi demum assumptionem, in illo verbo-tenus contineri. Ut liqeat proindè, falsam esse hypothesin Logicam D. Piscatoris;* In testimonio allegato, semper id qod principaliter probandum est, vel ijsdem, vel æqipollentibus verbis dici debere.

n.5. *Cæterum, propter eandem illam falsam hypothesin, falsò opinatur D. Piscator,* ex Pauli Apostoli sententiâ, rectè qoq; deduci; solum passionis ac mortis Christi meritum, credentibus, ad justificationem coram Deo, imputari. qia remissio peccatorum, credentibus, ob solum illud contingat.

n.6. *Fateor eqidem remissionem peccatorum, credentibus, ob solum passionis ac mortis Christi meritum, contingere. At remissionem peccatorum, ad justificationem, coram Deo, solum sufficere, nego: qoniam, ad perfectam, coram Deo justificationem, reqiritur (scil. præter remissionem peccatorum, tanqam unam justificationis partem; qæ in actu privativo, absolutione*

*viz. à culpâ & pœnâ, consistit) etiam justitiæ imputatio, tanqam altera justificationis pars, in actu positivo, nimirum adjudicatione præmij vitæ æternæ, consistens.*

*Id qod ex v.6. probari potest. ita namq; ex eo qod ibi dicitur colligo.* [a] *Qod diversum est à remissione peccatorum, cui tamen ab Apostolo beatificatio hominis tribuitur; id præter remissionem peccatorum, etiam reqiritur, ad perfectam coram Deo justificationem.* n.7.

*Atqi justitiæ imputatio, diversa est à remissione peccatorum; eiq; tamen ab Apostolo, beatificatio hominis tribuitur.* Rom 4 6.

[b] *Præter igitur remissionem peccatorum etiam justitiæ imputatio reqiritur, ad perfectam coram Deo justificationem.*

T. G. [a] Propositio ista negari poterat, si id opus esset. nam glorificationi, & adoptioni, & regenerationi etiam beatificatio hominis tribui, & potest & solet. *Apoc.* 19.9 *&* 20.6. *Mat.*5.3,8,9. *Luc.*14.14, 15. qæ ad justificationem tamen non reqiruntur. n.4.

[b] Etiamsi duo ista reqirantur necessariò in justificatione peccatoris, vel potius sint necessariò cum justificatione connexa, non tamen inde seqitur esse partes justificationis, qæ eam tanqam integrum qoddam constituunt; aut ex Christi parte actus duos à se invicem disparatos reqiri, ad duo ista procuranda & producenda. n.5.

*Minorem*

n.8. *Minorem probo: qoniam justitiæ imputatio, & peccatorum remißio, neq; nomine, neq; definitione sunt idem.* L. L.

n.9. *Imò verò,* illa definitione idem esse, *contendit D. Piscator; at per manifestam principij petitionem:* qia imputatio justitiæ nihil aliud sit, qàm remissio peccatorum; & vicissim, remissio peccatorum nihil aliud sit, qàm imputatio justitiæ. *neq; id* patet ex cohærentia sententiarum *in loco allegato Apostoli; in qo nulla est cohærentia definitionis & definiti, qæ in unâ duntaxat sententiâ connectuntur ἀξιωματικῶς; sed est cohærentia syllogistica antecedentis & conseqentis enthymematici; ut cuivis, ad verba ipsa contextus attendenti patet.*

n.10 *Porrò,* identitas atq; æqipollentia *illa,* simili dealbationis parietis, aut vestitionis *illustrari neqit. Præterqam enim, qod â similia ista sunt heterogenea, (qippe in qibus fit μετάβασις εἰς ἄλλο γένος, ab actibus physicis & artificialibus, ad actus ethicos & juridiciales; cujusmodi est actus justificationis:) illa etiam opinioni D. Piscatoris adversantur.* In dealbatione parietis nigri, qasi duo actus concurrunt, remotio nigredinis, & introductio albedinis: qi duo actus ratione tantùm differunt; reipsâ autem unus & idem actus sunt. *Eò qòd nigredo per nullam aliam causam antecedentem; sed per & propter solam albedinis conseqentem super-inductionem, deletur. atq; ita,* hoc-ipso qòd à pariete nigro, per dealbationem, nigredo removetur, & albedo introducitur; & vicissim, hoc-ipso qod albedo parieti nigro

gro introducitur, nigredo ab illo removetur. *Non sic autem in justificationis actu, qo* [b] *non per & propter consequentem justitiæ imputationem; sed propter solum paßionis ac mortis Christi meritum, ceu causam antecedentem, peccata delentur ac remittuntur.*

T.G. [a] Qasi *similia heterogenea* non *illustrent*, aut de similibus regula ulla detur, qæ ab heterogeneis peti prohibeat. [b] At Christi meritum, cum peccatori applicatum fuerit, unâ eâdemq; operâ & culpam extinguit, & justitiam producit; cum ipsa reatus extinctio justi reputationem meritissimè inducat. n.6. n.7.

L.L. *Sic* in vestitione qasi duo actus concurrunt; nuditatis remotio, & applicatio vestis: qi duo actus ratione tantùm differunt; reipsâ unus idemq; actus sunt. *eò qòd nuditas, ceu mera privatio, per solam vestis, ceu habitûs applicationem, tolli ac removeri poßit:* unde hoc-ipso qòd vestis corpori applicatur, nuditas ab eo removetur; & vicissim hoc-ipso qod nuditas à corpore removetur, vestis ei applicatur. [a] *Non item sic in justificationis actu: in qo peccatum, qod non est mera privatio, per solam justitiæ, ceu habitûs, imputationem, minimè removetur; sed illud, tanqam & ipsum habitum, at vitiosum, propter paßionis & mortis Christi meritum, prius tolli ac removeri oporteat; qàm contrarius justitiæ habitus succedere, ac imputari poßit.* n.11

T.G. [a] Imò in justificationis actu, omninò sic se habet. Nec aliud vult Spiritus Sanctus, *Prov.* 17. 15. cum odio divino dignum n.8.

num pronunciat eum, qi *improbum justi-ficat*, qam maledictioni illi subjacere eum, qi ejusmodi hominem, ut à reatu immunem, probat, & insontem pronunciat.

n.12 *Cæterum, ad probandum*, justitiæ imputationem, & peccatorum remissionem, non esse idem, *affertur hæc justa ratio: Qod* nec justitia imputata, & peccatum remissum, idem esse qeant. *D. Piscatoris responsio autem, qod* hæc sint idem, nempe identitate æqipollentiæ, *principium petit. Neq; enim qi habet justitiam imputatam; is hoc-ipso vi æqipollentiæ, habet peccatum remissum: & vicissim. Namq; ista non esse idem rectè sic probatur.* Justitiæ peccatum opponitur; itemq; imputatio remissioni: Ergo etiam opponuntur justitia imputata, & peccatum remissum: *valet enim consequentia à conjugatis, in qibus termini qidem casibus variant; nec tamen diversa usurpantur pro eodem. Sic aliud qidem est*, Imputatio, *tanqam abstractum, de qo loqitur antecedens*; *aliud*, Imputatum esse, *tanqam Concretum, de qo loqitur conseqens: similiter, aliud est*, Remissio, *cujus fit mentio in antecedente; aliud* Remissum esse, *cujus fit mentio in conseqente. Nihilominus tamen illa sese mutuo consequuntur, tanqam Conjugata, citra ambiguitatem accepta.* L.L.

Inepta ratio ut supra ostensum ad scripti prior. Sect. 8. n. 2. T.G.

n.13 *Præterea, qia* justitia imputata, & peccatum remissum, ideo non sunt idem, quia sunt opposita: *pari ratione*, justitiæ imputatio, & remissio peccatorum, ideo L.L.

non sunt idem; qia sunt opposita. *Et* qia sunt oposita: ex unius affirmatione, rectè proceditur ad negationem alterius; *nempe ut unum non possit esse alterum.*

*Qòd autem* Apostolus, ex unius affirmatione, processit ad alterius affirmationem; puta ex affirmatione remissionis peccatorum, ad affirmationem imputationis justitiæ; (sic nimirum argumentans: Beati sunt, qoru n remissæ sunt iniquitates: Ergo beatificatio *est hominis, cui Deus imputat justitiam:* Rom. 4. 6, 7.) *ideo fit: qia non consideravit illa inter se, qà opposita sunt, & ab invicem dissentiunt, sed ratione tertij communis effecti, nempe beatitatis, tanqam actus justificatoris, in ipsâ justificatione hominis coram Deo, ceu partes in suo toto, pulchrè invicem consentientes: quatenus unus est alterius destinatum antecedens.* n. 14

*Declaro hoc simili argumenti genere: Corpus & anima, sunt res inter se oppositæ; adeo ut rectè propterea inferam:* corpus non est anima, neq; anima est corpus: *qatenus tamen utrumq; ratione tertij compositi, consideratur; jam non amplius opposita sunt; verùm in illo composito, v. g. homine, amicè conspirant. Ut inde proin rectè qoq; colligere possim:* Animal corpore humano constans, est homo: Ergo & animal animâ humanâ constans, est homo. *Corpus namq; in animali est Animæ organum; illius operationibus exeqendis destinatum.* n. 15

*Quod autem dicitur;* Non-peccatorem, n. 16

&

& justum, propriè loqendo non esse idem; *id optimè consistit.* [a] *Est siquidem terminus prior, contradictorius negativus; posterior autem contrarius affirmativus; qæ diversa utiq; sunt oppositorum genera. Tametsi igitur ad* justum esse, *conseqatur* non-peccatorem esse (*peccatori namq; uterq; opponitur: justus qidem, contrariè, non-peccator autem contradictoriè. Horum autem contradictoriè oppositorum, ea est conditio: ut negativum ab omni alio subjecto removeat sibi oppositum affirmativum; ipsum verò omnibus alijs attribuatur) non tamen propterea,* qi justus est, *hoc-ipso nihil aliud est qàm* non-peccator. *Nam sicut rectè dicitur,* Virtus est vitium fugere; *neq; tamen propterea* [b] Virtus *nihil aliud est qàm* vitij fuga (*constat siquidem definitiones hujuscemodi, qæ κατ᾽ ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου fiunt, non essentiales, sed qales-qales duntaxat rerum descriptiones, esse*) *sic etiam rectè dicitur,* justitia est peccatum fugere; *&,* justus est non peccator: *nec propterea tamen seu* justitia *nihil aliud qàm* peccati fuga; *seu* justus *nihil aliud qàm* non-peccator *fuerit.*

n.9. [a] Hæc est mera nugatio. *Non-videns* & *cæcus*, sive *non-cæcus* & *videns*; non sunt idem reverâ simpliciter considerata; potest enim & *truncus non videns* dici, cum *cæcus* tamen non dicatur, potest & *lapis non cæcus* dici, cum *videns* tamen negetur esse: ac in subjecto proprio considerata, idem sunt prorsus; *omnis homo non-videns, cæcus est*; videntem de potentia sive facultate, non de- T.G.

 actu,

actu, intelligendo, *omnisq; non cæcus videns est*. de non peccatore & justo gemina dicas licet.

[b] Imò *peccati* in universum *fuga*, ipsa est *justitia:* an non enim tam omis- n.10
sio boni, qàm admissio mali peccatum est? Si ita se res habet, qod nemo, opinor, unqam negaverit, nec peccatum omne fugit, qi bonum debitum ullum omiserit; nec officio suo ullâ ex parte defuit, qi peccatum omne fugerit. Ac per conseqens, si justus sit, qi bonum nihil omiserit, *non peccator omnis justus* censebitur. Neq; enim non-peccator erit, qi, omittendo bonum debitum, unqam deliqerit.

I. L. *Multò minus* vicissim, qi est non-pec- n.18
cator, hoc ipso est justus. *Manifesta enim hæc est conseqentiæ fallacia:* Omnis justus est non-peccator; ergo vicissim, omnis non-peccator est justus. *Namq; [a] potest nec justus nec peccator esse, puta [b] innocens; qi neq; præmio neq; pœnâ dignus censeri potest. cujusmodi etiam in civilibus censentur infantes, & mente capti; qippe qi propter rationis impotentiam, neq; justè neq; injustè agere norunt.*

*Falsum igitur etiam est*, hoc-ipso ju- n.19
stum definiri eum, qi non peccat; qia definitur is, qi justitiam facit. *Neq; enim* justitiam facere, & non-peccare, *sunt idem: tametsi hoc ad illud conseqatur. Et patet vel ex* Psal. 15. *qo, Iustus non solùm definitur ex eo, qòd exerceat justitiam: sed etiam* κατ᾽ ἀντίθεσιν

θεῶν *describitur ex eo qod vitet peccata.*

n.11 ^a An non hoc est, qod Remonstrantibus, tanqam ejs cum Socinianis commune, objicit Censura Leidensis ad Confes. c. 5. §. 5. *Statum cum Scholasticis, uti illi loquuntur, neutralem sive naturalem in puris qalitatibus fingere, in quo primi parentes, originalis justitiæ, pariter atq; injustitiæ exortes, habuerint se instar tabulæ abrasæ, similesq; fuerint infantibus aut pueris innocentibus? At omnes* (inqiunt professores Leidenses) *theologi Evangelici, nec non alij, qos hactenus legimus* (*exceptis solis Socinianis*) *rectitudinem illam*, Eccles. 7. 30. *Non tantum explicant per amotionem injustitiæ, verum etiam per positionem justitiæ, & rectitatū internæ*, &c. T.G.

n.12 ^b Da innocentem aliqem qoad Deum, istiusmodi; aut effinge nobis chimæram saltem hujusmodi aliquam, si fidem tibi vis in hac parte præstari.

n.13 ^c *Infantes* nobis objicis & *mente captos*, qibus legem nemo mortalis præscripsit, pariter fecisses, si & bruta animantia objecisses, vel lapides etiam, truncosq; inanimes. De creatura rationali legi divinæ subjecta agitur, in istâ, quæ est proprium & adæqatum peccati, justitiæ injustitiæq; subjectum, ostende nobis, qomodo possit ulla esse insons, qæ justa non sit; aut non justa, qæ nullo culpæ reatu teneatur. Atq; ^c hic tibi regerimus paradigmata tua; etiam mente capti & infantes coram Deo rei consistunt,

sistunt, etiamsi nihil noxium admiserint, dum prava dispositio insontes esse non patitur; & infans si purus à maculâ nativâ prodiret, justus meritò censeretur, donec injustum aliqid perpetraret: Ad leges autem humanas si provocas, qodnam illæ tandem justis præmium proponunt, ut ad justitiam præmij ratio necessariò conseqatur?

I. L. *Qod dicitur*, Vitæ æternæ præmium, per solam justitiæ imputationem contingere: *id neq;* falsâ hypothesi nititur; *(qoniam* remissio peccatorum & imputatio justitiæ, sunt partes, *seu mavis dicere, distincti sunt actus* justificationis, qi effectis proprijs differunt; *illa qidem absolutione à reatu pænæ & condemnationis; ista verò adjudicatione præmij vitæ æternæ)* *neq;* pugnat cum Scripturâ; *ut qæ* præmium vitæ æternæ, tanqam effectum, remissioni peccatorum, *nusqam tribuit. Imò verò consentit Scripturæ, asseveranti*; illos qi redundantiam gratiæ, & doni justitiæ, acceperint, in vitâ regnaturos, per unum Jesum Christum, *Rom.* 5. 17. n.10

T. G. Nec sunt *partes justificationis* hæ; nec *actus distincti*; nec *effectis istis distinguuntur*. Sed nec ad *justificationem*, *præmium* aliqod necessariò conseqitur. justificatio enim criminationi, vel condemnationi opponitur, Rom. 8. 33, 34. & absolutionis justæ, seu defensionis efficacis, rationem & significationem obtinet. Qi latrocinij vel homicidij reus agitur, cum a crimine immunis esse n.1 n.2

osten-

ostenditur, justificari rectè propriéq; dicitur; atqe justificationis istius virtute à mortis merito, adeoq; morte ipsâ, absolvitur; ad qod & necessariò vitæ vindicatio conseqitur. Nec tamen *præmij* loco vita huic concedi propriè dicitur; nisi qod lex de vitâ & facultatibus, juxta legem agenti cuivis, jure prospiciat. Sed & lex divina, sicut delinqenti mortem minatur, ita è contrario non delinqenti vitam pariter pollicetur. Ezek. 18. 14,--17. Si objicitur *ibid v.* 27. *justas etiam actiones exigi*; in promptu responsio est; Non posse non-peccatorem dici, qi non justitiam omnem præstiterit. *Malum est*, inqit Chrysost. *non fecisse bonum*. verùm eò qòd legem minimè transgressus est, dum mortem evadit, vitam necessariò adipiscitur.

n. 21 *Qod verò* Scriptura testatur, Christum morte suâ nobis acqisivisse remissionem peccatorum, qo vocati promissionem acciperent promissæ salutis; *Heb.* 9. 15. *ex eo minimè seqitur*, præmium vitæ æternæ *esse* remissionis peccatorum effectum. *Neq; enim conseqens qodcunq; propterea sui antecedentis effectum censeri potest aut debet. Verùm de hoc Apostoli loco, jam supra etiam ad* Sect. 6. n. 1. *dictum fuit.* L. L.

n. 22 *Postremò, qod de* pænæ perpessione *dicitur*, (eam qâ talem, nunqam & nusqam præmij causam existere) *qia rectè dicitur*, *etiam plurimum facit ad probandum propositum: nempe præmium vitæ æternæ, per solam justitiæ imputationem; non autem per remissionem peccatorum, contingere.*

Qin imò

*Omninò enim seqitur*; pænæ perpessio non est causa præmij: Ergo nec remissio peccatorum, qæ est pænæ perpessionis effectum, est causa præmij. *Qicqid enim negatur causæ; idem qoq; negatur effecto, qâ qidem ab illâ causâ dependet.*

T.G. „ Perpessio, qâ satisfactio exhibetur, etiam præmij causa rectè dicitur, qatenus in justitiæ statum reponit, si qod isti debebatur. n.15

## Ad Sect 9.

L. L. Justificationem, sive justitiæ imputationem, cum remissione peccatorum, prorsus unum idemq; esse, recte colligi ex Rom 4.6,7. *nondum demonstratum est, neq; demonstrabitur unqam; eò qòd falsi nulla sit demonstratio.* n.1.

*Nec est illa Apostoli ratiocinatio, qã D. Piscator putat*; justificationis definitionem, testimonio Davidis comprobari; Justificatio est imputatio justitiæ; qia est remissio peccatorum. *Non inqam justificatio, sed* homo, cui Deus imputat justitiam, *in ratiocinatione Paulinâ, est qæstionis concludendæ subjectum: id qod vel ex constructione Grammaticâ satis superq; liqet.* n.2.

*Videamus tamen integram, ex mente D Piscatoris, ratiocinationem; qæ hujusmodi fuerit.* n.3.

Remissio peccatorum, est justitiæ imputatio.

Justificatio est remissio peccatorum *Psal 32 v.1.*

Ergo justificatio est justitiæ imputatio.

*In istâ jam ratiocinatione, testimonium Davidis*

*Davidis, non majori; sed minori duntaxat confirmandæ accommodatum esset: Majore in dubio relictâ, aut saltem citra probationem postulatâ. Ut iterum sequatur;* si Apostolus illâ ratiocinatione usus esset, fatendum fore, illum in re tanti momenti, pueriliter sophisticatum fuisse. *Eò qòd* argumentaretur simpliciter à phrasium æqipollentiâ, *in majore propositione: qantumvis* argumentaretur à testimonio divino Davidis, *in minore;* ejusq; testimonij vis in phrasium æqipollentia consisteret.

n.4. *Unde falsò infert D. Piscator:* Nisi statuamus imputationem justitiæ, & remissionem peccatorum æqipollere, fatendum fore, Apostolum testimonio adducto nihil probare: cum verba qæstionis probandæ, in testimonio ad probandum adducto, non exstent. *At neq; verba majoris propositionis in illo exstant: in qâ tamen nervus probationis istiusmodi consisteret.*

n.5. *Ecqid verò hoc est, qod D. Piscator nunc tam asseveranter negat,* sic argumentari Apostolum: Beatus est cui Deus remisit peccata; Ergo beatus est, cui Deus imputat justitiam? *num non ipsemet paulò antea.* Sect. 8. n 10. *Argumentationem Apostoli in hunc modum construxerat? Scil.* hoc demum esset idem per idem probare, *per confictam illam phrasium æqipollentiam.*

n.6. *Sed adhuc aliter Apostolum argumentantem inducit; sic nempe:* David testatur, beatum esse hominem cui Deus imputat justitiam; Ergo hoc verum est.

*Ante-*

*Antecedens probatur verbis Davidis;* Beati, qorum remissæ sunt iniqitates; *&c.* *Esto! at in illis verbis nulla fit mentio* imputationis justitiæ. *Ubi ergo vis hujus testimonij? Utiq; non in* phrasium æqipollentiâ. *illo siqidem testimonio non minor; sed major prosyllogismi confirmatur: qi explicatus & integer est hic:*

Qorum remissæ sunt iniqitates, illi sunt beati, *Psal. 32. 1.*

At qibus Deus imputat justitiam, illis remissæ sunt iniqitates.

Qibus igitur Deus imputat justitiam, illi sunt beati.

*Num verò hîc D. Piscatori non videatur, idem rursum per idem probari? Cum igitur qoqo modo versetur Apostoli argumentum; ex phrasium æqipollentiâ, conseqatur sophistica principij petitio, necesse est fateri fontem argumenti Paulini aliunde arcessendum esse.*

*Qod-si ergo D. Piscator concedere non vult,* Paulum ibi à minori ad majus argumentari; *ipse qæso aliud argumenti genus, ex textu, nobis ostendat.* n 7.

T. G. Nullo prorsus fine locus iste Apostolicus sursum deorsum, veluti Sisyphi saxum, versatur: cum clarum possit esse cuivis, sine partium studio intuenti, hoc fine adductum esse, ab Apostolo Davidis testimonium, ut justificationem absq; operibus gratuitam confirmet hoc pacto. n. 1.

*Cujus beatitudo in peccatis remissis, tectis, non imputatis consistit, is non ex operibus justificatur:*

*At illius de qo David, beatitudo in*

*peccatis*

*peccatis remißis, tectis, non imputatis consistit ;*

*Ergo is, de qo D. non justificatur ex operibus.*

Vel, si à capite ipso dissertationem arcessere libet :

*Qi ex operibus justificatur, habet in qo glorietur :*

*At nemo, ne Abr. qidem, habet in qo glorietur :*

Ergo *nemo, ne Abr. qidem, ex operibus justificatur.*

Assumptio probatur.

*Cui non operanti, sed credenti, fides in justitiam reputatur, is non habet in qo glorietur.*

*At Abrahæ, & justificato cuivis, non operanti, sed credenti, fides in justitiam reputatur ; qod ex Mose probatur :*

*Nec Abr. igitur, nec alius qisqam justificatus habet in qo glorietur.*

Qod de Abrahâ dixerat ex Mose, idem ex Davide confirmat, tum de se tacitè, tum de alio qovis verba faciente.

*Cui homini Deus justitiam, citra opera, imputat, is nec ex operibus justificatur, nec habet unde glorietur :*

*At Davidi & beato cuivis, ex Davidis sententiâ, justitiam Deus citra opera imputat :*

*Ergo nec David nec beatus qisqam, ex D. sententiâ, ex operibus justificatur.*

Assumptio

Assumptio probatur.

*Cujus beatitudo in peccatis remissis, tectis, non imputatis consistit, ei homini Deus justitiam citra opera imputat. At Davidis & beati cujusvis, ex Davidis sententiâ, beatitudo in peccatis remissis, tectis, non-imputatis consistit.*

*Ergo Davidi & beato cuivis, ex Dav. sententiâ, justitiam Deus citra opera imputat.*

Neq; est sophistica principij petitio, ut vult iste, etiamsi detur, *duo ista esse æqipollentia, justitiam imputare, & non imputare peccatum*; (qod fortasse tamen prorsus non sunt, eo qo accipi possunt sensu, ut ut alterum necessariò ad alterum conseqatur) eò enim fortius est Apostoli argumentum à Davidis testimonio mutuatum, si idem prorsus cum Apostolo David, sed vocibus aliis, phrasive diversâ, sed æqipollente plane proloqatur. n.1.

L.L. *Porro, Chrysostomi sic exponentis autoritas magnam probandi vim habet, non nuper demum natam esse istam ratiocinationis Paulinæ Analysin.* n.8.

*Qorsum nec plus nec minus facit; si maxime ex compluribus ejus dictis appareat, eum doctrinam de justificatione non per omnia intellexisse: modò verum Apostolici argumenti sensum, isto loco sit assecutus.* n.9.

T.G. Magna scilicet *Analysis non nuper natæ autoritas*, qæ tam liqidò falsis, & menti Apostolicæ adversis, uti prius n.3.

indi-

indicatum, fundamentis subnixa est.

n.4. Certè si sensum Apostolicum assecutus fuisset, posset viri tanti nomini aliqid tribui; verum hoc secus omninò se habere, luce meridianâ clariùs elucet. Vt nemini mirum esse debeat, è recentioribus interpretibus orthodoxis neminem calculum suum Chrysostomo in hâc Analysi tribuisse.

## Ad Sect. 10.

n.1. *Expositionem* subjecti conclusionis, *in argumento suo palmario, approbat D. Piscator. at reijcit admonitionem, de* confusione distinctarum phrasium, Imputari ad justitiam, & Imputari ad justificationem, *in prædicato; immeritò. Cur enim? primum quia* ipse non utatur hâc phrasi, Imputari ad justificationem. *Atqi debebat illâ uti; ut conslusionem suam ad statum qæstionis ritè conformaret: Qâ, non de causâ meritoriâ justitiæ; sed justificationis, inqiritur: qæ causa in Christo existens, nobis in ipsum credentibus imputatur; ut propter illam perfectè coram Deo justificemur.* L.L. D.T. I.I.

n.1. At qæ justificationis causâ est, ea & justitiæ in qâ fundatur justificatio, causa sit necesse est. T.G.

n.2. *Deinde ait,* neq; Scripturam illâ phrasi uti. *imò utitur, per æqipollentiam, dicendo;* Beatificationem esse hominis, cui Deus imputat justitiam. *qod qid aliud est; qàm Deum homini imputare* L.L.

*ju-*

*Justitiam ad beatificationem, eoq; ad justificationem?*

*At nusqam utitur Scriptura* phrasi *D. Piscatoris*, Obedientiam passionis Christi ad justitiam imputari. *Eoq; multum* ad rem facit, qod admonetur, de phrasi Paulinâ; *præter qam etiam nulla talis alia, de hoc negotio, in Scripturis extat: Nempe*, fidem imputari ad justitiam; *h.e.* fidei justitiam, seu fide apprehensam justitiam, imputari. *Qam expositionem qia per errorem, vocabulo* Fidei *accepto in casu Dativo, reprehendit D. Piscator: illud hoc loco transeat.*

T.G. At Christi passioni justificationem passim adscribit; idque eis in locis, in qibus ex professo argumentum istud pertractat: nulla interim justitiæ, qæ in obedientiâ legi exhibitâ consistat, factâ mentione vel levissimâ, Rom. 3. 24, 25. & 4. 24, 25. & 5. 9, 10. Gal. 3. 11, 13.

L.L. *Quod autem dicit D. Piscator*, fidei justitiam, qæ fide à nobis apprehenditur, nempe Christi justitiam, intelligendam esse de justitiâ morte Christi partâ; *iniquum & falsum est postulatum. Præterqam enim qod* justitiam, morte Christi partam *nullibi dicit Scriptura; talis justitia qoq; purum putum non ens fuerit: qippe qæ (ut qidem D. Piscator, hîc ad Scriptum meum tacendo, consentire videtur)* neq; in Deo, neq; in Christo, neq; in nobis insit subjectivè: *ideoq; non nobis imputari poterit: cum non entis*

*non-entis simpliciter nulla sint acciden-tia.*

n.3. Qomodo justificabit nos Christi mors, nisi justitiam nobis acqirendo? qicqid enim justificat, tangam causa justificationis meritoria, id justitiam comparet necesse est, qæ justificationi illi substernatur at *justificari* dicimur *per sanguinem Christi*, Rom. 5.9. *fidesq. nostra sanguine Christi, ad justificationem* inniti dicitur, Rom. 3.25. Christus autem tam justitiæ illius, qæ in perpessionibus consistit, subjectum est, qàm & illius, qæ ex actibus acqiritur, itaq; nugatoria planè est ista ratiocinatio, qam & ideo responsione indignam forsan D. Piscator censuit. T.G.

n.5. *Verum igitur contra est*, Iustitiam Christi intelligendam esse, de obedientiâ Christi, qam is præstitit legi divinæ, ceu unicæ justitiæ nostræ regulæ, *Qia illa obedientia est ad hoc præstita*; [a] *Non ut per ipsam nobis acqireretur justitia; sed ut per & propter illam, ceu nostram justitiam, consisteremus coram tribunali Dei.* L.L.

n.6. [b] *Hæc enim, & nulla alia est justitia, qam* accipientes dono, in vita regnabunt per unum *Iesum Christum*; & per qam justitiam, gratia divina regnat in vitam æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum, Rom. 5.17. & 21.

n.4. [a] Qomodo non per eam justitia nobis acqiritur, si per & propter illam T.G.

tan-

tanqam nostram justitiam, consistimus?

[b] Hęc non asserenda tantum, sed & probanda sunt: qod hactenus non est factum.

L.L. *Nihilominus etiam* fuit opus obedientiâ alterâ, qam præstitit ille mandato Patris alteri, de moriendo pro nobis: *non ad justitiam nobis acqirendam; sed ad culpam pœnamq; peccatorum à nobis auferendam: qo justitiæ ipsius imputandæ, locus esset. Neq; hoc mandatum de moriendo,* speciale *magis dici debet atq; illud alterum, de implenda lege: siqidem ad utrumq; exeqendum, tanqam mediator noster, in hunc mundum à Patre missus, venit.* Mat. 5.17. & 20.28.

T.G. At qid opus fuerat, ut ad pœnam culpamq; tollendam insuper moreretur, qi legem, qam nos violaveramus, pro nobis, & vice nostrâ prius impleverat? Debitoribus æris confessis vinciendis & dissecandis etiam, ni intra certum tempus solvissent, potestatem dabant XII. Tabulæ, *Gell.l.*20.c.1. num eum, qi debitoris nomine, æs debitum, vel æri qod æqi-polleret solvisset, necesse fuit etiam corpus proprium, aut vinciendum aut dissecandum etiam præbere? Qui militiam subterfugerit, mortis damnas habeatur: num qi alienâ vice se ad militiam sponte obtulerit, qo subterfugientem discrimini eripiat, etiam mortem subire hunc æqum censebitur? n.7.

L.L. *Qod dicitur;* soli obedientię, qæ legi prestatur vitę æternæ præmium à lege n.8.

ge proponi; *Et* verum est, & proposito conveniens: *qatenus justificandi consideramur in Christo, non tantùm maledictionis; sed etiam* [a] *benedictionis respectu. In Christo, inqam; non in nobis ipsis; qâ ratione neq; comminationi pœnæ, neq; promissioni præmij, à lege factæ, unqam perfectè satisfactum fuisset. Atq; ita* justificamur *nos*, non ex promissione legis; sed ex promissione evangelij; qâ promittitur remissio peccatorum, & vita æterna credentibus in Christum. Nimirum Christum *non tantùm* suâ morte remissionem peccatorum eis acqisivisse, atq; ita effecisse, ut à Deo pro illis habeantur, qi legem nunqam transgressi sint; [b] sed *etiam pro eis omnem justitiam implevisse; ut etiam habeantur à Deo pro illis*, qi ipsi perfectam obedientiam legi præstiterint.

n.7. [a] Qid hoc est *justificari benedictionis respectu?* justificatio criminationi opponitur; & criminatione diluendâ & tollendâ perficitur. qod qid ad benedictionem attinuerit, nisi qatenus ex maledictionis merito sublato benedictio necessariò conseqitur?

n.8. [b] Atqi is qi legem nunqam transgressus est, legi obedientiam perfectam præstitit: nisi velimus concedere, officij alicujus à lege præcepti omissionem, legis transgressionem non esse, contra qam Deut. 27.26. Qi enim nihil omisit, qod fieri lex præcipit, is legi perfectam obedientiam præstitit: at qi legem nunqam transgressus est, nihil ex eis omisit, qæ fieri lex præcipit: si qid enim omisit, trans-

transgressus est: Ergo qi legem nunqam transgressus est, legi obedientiam perfectam præstitit.

L. L. *Atq; hunc sensum habet, qod Paulus dicit*, legem per fidem minimè abrogari; sed stabiliri. *Rom.3.v.ult. id qod etiam patet ex Rom.8.3,4. Ubi idem Apostolus disertè ait*; Impossibile illud legis, qatenus per carnem infirmata erat, Deum [*præstitisse*] proprio Filio misso in similitudinem carnis peccati, idq; pro peccato; condemnasseq; peccatum in carne: [a] ut justitia illa legis impleretur in nobis.

T.G. [a] Hoc est ut legi satisfaceret. qod victimâ illâ factum est; hoc est enim τὸ περὶ ἁμαρτίας, prout Heb.10.6.

L. L. *Qod igitur* D. Piscator *opinatur, in dicto* Rom. 3. ult. *non* legem *moralem; sed* doctrinam Mosis & prophetarum, qæ justitiæ fidei testimonium perhibeat, *intelligendam esse: & à proposito Apostoli est alienum, & cum Elenchi ignoratione conjunctum. Qorsum enim* πρόληψις *illa versûs ultimi referatur; nisi ad conclusionem ratiocinationis antecedentis*, v.28. Colligimus igitur, fide justificari hominem, absq; operibus legis? *ubi nemo dixerit per legem doctrinam Mosis & prophetarum accipiendam esse.*

*Neq; hoc* percipitur, ex initio capitis qarti: *cujus nulla* cohærentia *est cum versu ultimo capitis tertij; sed qo inchoatur nova ratiocinatio, pro* justificatione fidei, *allato exemplo Abrahami, ex libro primo Mosis. Neq; etiam* ex v,4. & seqq. *id* per-

*percipitur, ubi* testimonium Davidis ex Psalmo 32. *recitatur. Nam* Paulum, vocabulo legis, Psalmos quoq; comprehendere, non patet ex cap. 3. v. 19. cum præcedentibus collato; *cum qibus sensu non continuatur. sed legem moralem illo versu intelligendam esse, patet ex seq. versu. 20. conclusionem ex versu 19. inferente.*

n. 12 *Deinde si maximè daretur*, doctrinam Mosis & prophetarum, legis nomine, *prædicto loco*, Rom. 3. ult. *accipiendam esse: qid, qæso, illud sententiæ nostræ incommodaret? Num lex moralis non etiam est doctrina Mosis, & prophetarum? aut num doctrina Mosis, & prophetarum, aliam justitiam præscribit; qàm in lege, qæ unica est justitiæ nostræ regula, præscripta est?*

n. 13 *Qibus etiam manifestum fit*, Justitiam legis & fidei, *si rem ipsam, & justitiæ naturam spectes*, unam eandemq; esse; *respectibus tantum diversis discriminari. Legis enim* justitia *nostri respectu dicitur, qam lex a nobis-ipsis reqirit, vitæ æternæ promerendæ gratiâ. qæ qia nobis peccatoribus præstitu est impossibilis: hinc fit, ut per legem, à se-ipso viz. præstitam, nemo coram Deo justificetur.* Fidei *autem* justitia *dicitur, Christi respectu, in qem credimus. non qod alia sit, qàm à lege reqisita justitia; sed qod à Christo præstita, nobis in ipsum credentibus imputetur, ad vitam æternam.*

n. 14 *Qod affertur ex Rom.* 10. 4. Christum esse legis finem, seu complementum, ad justitiam cuivis credenti; *id omninò hunc habet sensum:* Qod Christus legem impleverit, seu obedientiam ei perfectam

fectam præstiterit: non, ut per illam obedientiam credentibus acqireret justitiam; sed, [a] ut illa ipsa legis impletio, seu obedientia perfecta, (*qæ nihil aliud est qam justitia*) credentibus imputaretur, *illam viz. per fidem in Christo qærentibus, & invenientibus; qam ipsi per propriam legis observationem, obtinere non poterant. Atq; hic sensus non excludit; sed includit hunc:* qòd lex in hunc finem lata sit, ut esset a nobis (*non solis Judæis: hi enim non sunt qivis credentes*) [b] pædagogus ad Christum; *ut loqitur Apostolus*, Gal. 3.24.

*Ut autem* in morte Christi, justitiam per fidem qæramus; qam per legis observationem, *loco nostro a Christo præstitam*, obtinere non possimus: *neq; Paulus isto loco dicit; neq;* hunc esse illorum verborum Rom 1.0.4. sensum, *percipitur ex verbis continenter annexis*, v. 5, 6, 7. *De qibus qia jam supra* [c] *ad* Sect. 6. n. 3, 4, 5. *dictum est; actum hîc agere nolo.*

T.G. [a] Τὸ κρινόμενον hîc petitur: sensus loci, qem affingit ipse, non probatur. qi probari tamen debuit, cum ab ipso, non à D. *Piscatore* adductus sit. *actori* siqidem *incumbit probatio.*

[b] *Pædagogus ad Christum lex fuisse* Apostolo dicitur, non credentibus qibusvis, sed Judæis tantum, Christi exhibitionem antegressis, utpote cujus officium *fide veniente* cessaverit. Gal. 3. 24. 25, 26.

[c] At ad *Sect. 6.* loco indicato de hoc loco ne γρὺ qidem. forsan voluit, ad *Sect. 2.* n. 14. 15 ibi enim de hoc ipso disceptatur, & ibi qæ regeruntur videsis.

*Porrò,*

L.L.

n.16 *Porrò*, ratiocinationem illam *suam* non esse ἀσυλλόγιστον, *ex eo patere præsumit* D.Piscator, *qòd* & termini legitimè sint dispositi, in primâ figurâ; & utraq; præmissa sit affirmativa. *At istud utrumq; nondum sufficit; verùm ad syllogisticam consequentiam, reqiritur prætereà qoq; conveniens terminorum affectio, secundum qantitatem, & alia hujusmodi accidentia; qibus, in terminorum expositione analyticâ, neglectis & non observatis, contingeret facile, ut ex præmißis veris falsa colligeretur conclusio. id qod consequentiæ syllogisticæ prorsus adversatur.*

n.17 *Qâ de re præclarè monet* Aristoteles, *integro tractatu tertio, lib* 1. *prior, analyt. qi est de analysi syllogismorum, è cujus capite* 38 præceptum, *in Scripto meo hîc allegatum*, ad ἀσυλλογισίαν istius ratiocinationis suæ convincendam, neqicqam facere, *dicit* D.Piscator: qod ibi Arist. nihil dicat de voculâ exclusivâ. *In specie nihil, fateor; sed in genere, qà de ἀναδιπλώσει. per qam ille, non literalem ejusdem termini* duplicationem; *sed qamcunq; termini syllogistici restrictionem, seu limitationem intelligit; cujusmodi etiam est* vocula exclusiva. *patet hoc, ex verbis ipsius; qibus, qod in principio illius capitis*, τὸ ἐπαναδιπλούμενον, *in progressu* τὸ ἐπικατηγορούμενον *vocat, dicens*; Ἐν ἅπασι γὰρ τοῖς ἐπικατηγορουμένοις, πρὸς τῷ ἄκρῳ τὴν ἐπαναδίπλωσιν θετέον.

n.18 *Deinde ait* D.Piscator; si maximè Arist. loqeretur de exclusivâ: tamen syl-

 logismus

J. J. logismus meus ex illo præcepto, reprehendi non posset. *Qare non posset?* qia, *inqit*, exclusivam, *SOLA*, non apposuit medio; sed termino minori. *Tantò pejus inqam. Si enim medio apponi non debet: multò minus minori, terminorum trium extremo ultimo.* Nam qod D. Pis*cator*, minorem terminum, *pro* extremo primo *interpretatur; id & menti A*ristotelis, *& naturæ terminorum primæ figuræ, repugnat.*

*Postremò ait:* si maximè exclusiva, *SOLA*, propositioni majori syllogismi sui apponatur, dicaturq; *Qo remissio peccatorum nobis impetrata est, id* SOLUM, *nobis ad justitiam imputatur:* [a] Non tamen hinc evadere falsam, sed manere veram: ac proinde nec conclusionem, qæ ex utrâq; præmissâ legitimè deducitur, pro falsâ haberi, posse, sed omninò pro verâ habendam esse. *Hæcq; omnia*, propter hypothesin, in qâ major illa propositio fundata sit; qamq; ipse veram esse, semel atq; iterum demonstraverit: nempe, Remissionem peccatorum, & Justificationem, & Justitiæ imputationem, unum prorsus idemq; esse.

L. L. *Atqi contra, ego* hypothesin *illam* falsam esse; *nec nisi per meras principij petitiones à* D. Piscatore *adhuc postulatam, ac sumptam fuisse: qâ proinde, ceu πρώτῳ ψεύδει, destructâ, omnia reliqa argumenta ipsius, cum conclusione suâ paradoxâ, simul concidere oporteat:* [a] *evidenter hactenus demonstratum esse confido.*

Pro-

T.G.

n,13 Propositio ista vera possit esse, & est, etiamsi falsa sit hypothesis illa Piscatoris. non ex eo qidem qod remissio peccatorum, & justificatio unum prorsus idemq; sint; sed ex eo qod ista duo, etiamsi à se-invicem distincta, sint tamen necessariò inter se connexa; & in peccatoris causâ pro cujus culpâ satisfactum est, alterum ab altero pendeat profluatq; necessariò; utrumq; autem satisfactionis unius ejusdemq; virtute meritoq; habeatur.

n,14 Fælix ergo satis in adversario refellendo; at in tuis statuendis firmandisq; haud itidem. nisi enim (qod est tuum πρῶτον ψεῦδος) inter justum coram Deo,& culpâ omni immunem, inter eum qi omnia Dei jussa observaverit, eumq; qi horum nihil prorsus omiserit, inter liberationem à pænà damni, & damni illati resartionem discrimen justum; inter justum deniq; & injustum, vitam & mortem, medium aliqod dederis; (nec hoc aut est hactenus datum, aut unqam dabitur) reliqa tua omnia confestim per se corruunt. Rectè *Greg. Nyssen.de virginit.c.* 17.
*Τόν τε γὰρ ἔξω τοῦ σκότους γενόμενον ἐν φωτὶ πάντως εἶναι ἀνάγκη, καὶ τὸν μὴ τεθνηκότα ζῆν.*



FINIS.



# M. *Ludovici Lucij* VINDICIÆ

## Pro disceptatione, supra Causâ meritoriâ nostri coram *Deo Iustificationis, adversus* Censuram, & Animadversiones *D. Thomæ Gatakeri Theologi Anglicani.*

Unâ cum THOMÆ GATAKERI *ejusdem ad easdem, in Animadversionum* suarum defensionem, *Responsione modestâ.*

Pars Prior, de *Scripto primo.*

De Sectione 1.

*M. Lud. Lucij Vindiciæ.*

n. 1. L.L.



*Rincipio, ad Qestionem propositam*, Utrum ad perfectam nostri coram Deo Justificationem, non tantum passionis & mortis, verum etiam obedientiæ Christi, qam legi divinæ agendo præstitit, meritum credentibus imputetur? *Censor existimat*, respondendo distinguendum. *Id verò cui fini aut bono,*

eqidem non video : cum in terminis contradictoriis utrinq; confessis, ac citra ambiguitatem acceptis, occupati fuerimus D. Piscator & Ego : Me qæstionis partem affirmativam asserente ; illo negativam defendente.

Videamus tamen, qam nobis distinctionem facessat. Consideratur, inqit, Christi obedientia duplicitèr : vel ut actus legi divinæ conformis, ab internâ sanctitate profluens ; vel ut actus humiliationis, qoad Christi per se considerati personam indebitæ.

At primum, distinctio ista qæstionis statum pervertit ; qo reqiritur, qodnam illud Christi meritum sit, qod nobis ad justificationem coram Deo imputetur ? cum distinctio dicat, qale illud sit, qaliterq; consideratum nobis imputetur ? Sicq; januâ totâ (ut dici solet) à proposito aberrat.

Deinde verò, membra distinctionis, per elenchi ignorationem, inter se pugnantia facit Censor ; adeò ut ex unius positione alterum destruat : Obedientiæ meritum inqiens, hoc respectu, humiliationis, consideratæ, nobis imputari libens concesserim. illo, conformitatis legi divinæ, ab internâ sanctitate profluentis, respectu, minimè. Cur autem obedientia meritum, ut humiliationis actus, nobis imputetur ? Qoniam satisfactionis partem constituit: Volente nimirum Christo pro nobis mereri. At verò etiam, ut actus ab internâ sanctitate profluens, satisfactionis partem constituit obedientia : volente eodem per illam pro nobis mereri. Siqidem ad apotelesma merendi, voluntas Christi sola,

qe

quàm spontaneâ humiliatione servitur, citra jactantiam aut potestatem, quæ à formali integritate personæ Christi dependet, neqaqam sufficeret.

n.5. *Estq; obedientia Christi actualis, legi divinæ conformis, quod, Christi per se consideratam personam, neque indebita, neque humiliationis alius.* Potuit enim Christus, quâ homo, perfectè sanctus atq justus extitisse; etiamsi in cœlos à partu, ortuq; statim receptus, nullos ejusmodi, *non modo* serviles, *sed etiam legales*, actus præstitisset.

n.6. *Nisi fortè perperam cum D. Piscatore* Sententiam 2 q. 7. *actus illos legales sub illa tantâ sanctitate profluentes ad eandem cum istâ formalem personæ Christi hominis rationem pertinere, existimet Censor. Idq; quidem ultima hujus primæ animadversionis verba sibi velle videntur; quibus per principii petitionem, illorum actuum legalium meritum, hoc respectu, nobis minimè imputari affirmatur*; haud magis, quàm puritatem naturæ; quæ ad integritatem personalem sive formalem, *necessariò requirebatur.*

Tho: Gatakeri *Responsio.*

Ego, vir clarissime, cum in D. *Piscatoris*, tuaq; scripta quædam, quibus de Justificationis nostri coram Deo causâ meritoriâ dogma utrinq; ventilatur, adversaria incidissem, in chartam puram, quam inter compingendum, interseri procuraveram, non partium utriq; affectu, aut litigandi animo, sed veritatis eliciendi studio, Annotationes, an Animadversiones, quasdam, T.G.

dam, tumultuariè congestas, pro meo more, in usum privatum, illeveram. Eas apud me cum vidissent populares tui nonnulli, qi studiorum gratiâ agebant istic, exemplar earundem ad te dari exposcebant: utpote cui id haud ingratum fore sedulò suadebant. Istud ego, illorum motus prædicatione, qi candoris nomine plurimum tribuebant tibi, haud gravatim concessi: quum in partem meliorem acceptum iri sperarem. Verum eam me spem fefellisse jam video. Nec id tamen me multum afficit. Sed nec interspersa passim in vindiciis hisce dictio aculeata satis, à me partem extorqebit. Rem ipsam, de qâ agitur, cum disceptatione repositâ, amicè tantum candideq; dispiciam.

Imprimis ergò qærit vir clariss: *cur sini aut bono,* de qæstione propositâ distinguendo respondendum censuerim.

Responsio proclivis: qia res ipsa id mihi postulare videbatur: qo veritas, distinctione adhibitâ, clarius posset elucescere.

Tum distinctionem adhibitam notat nomine non uno.

Primò, qod *qæstionis statum pervertit, qo reqiritur, qodnam Christi meritum sit, qod nobis ad justificationem coram Deo imputetur; cum distinctio hæc dicat quale illud sit, qualitercunq; consideratum nobis imputetur.*

An verò, qi obedientiam Christi, hâc vel illâ ratione consideratam imputari pronunciat, etiam qidnam imputetur, exertè designat. Neqe verò, aut *qæstionis statum*

*tum pervertisse, aut januâ totâ à proposito aberrasse*, jure diceretur; siqis * *Bernardo* putà & *Abeilardo*, de Christi cæde, an per eam mundus Deo sit reconciliatus, disceptantibus, huic autem neganti, illi affirmanti, interveniens, sic distinguendum moneret de cæde Christi, ut eâ reconciliatio facta censeatur, non qâ manibus impijs perpetrata, sed qâ à Christo ipso sponte admissa, ac perlata fuerit.

* Vide *Bern.* Epist. 190.

n.3. Deinde, qod *membra distinctionis* adeò *inter se pugnent, ut unius positio alterum destruat*. qod inde probat, qia *Christi obedientia, ut actus ab internâ sanctitate profluens satisfactionis partem constituat, valente eodem per illam pro nobis mereri. siqidem ad apotelesma merendi voluntatem Christi solam, qæ in spontaneâ humiliatione cernitur, non sufficere, citra facultatem aut potestatem, qæ à formali integritate personæ Christi dependet.*

Verum nihil hic adducitur, qo distinctionis membra ita invicem collidere probetur, ut alterius positio alterum destruat.

Siqidem, 1. Etiamsi *ad merendi apotelesma* producendum *facultas potestasve* ejusmodi necessariò reqiratur; non tamen seqitur hine, in hoc meriti rationem consistere, qod à facultate ejusmodi actus illi, qibus promeritum sit, proveniant. non magis qam, qod à facultate rationali; qæ ad merendi apotelesma procreandum nihilo minus necessariò reqiritur. Neq; enim qicqid ad merendi apotelesma reqiritur, etiam meriti apo-

telesma ingreditur; aut qicqid ad apotelesma qodcunq; producendum est necessarium, id ad apotelesmatis producti rationem essentiamq; pertineat, necesse est. Efficiens tam principalis, qam & adjuvans, ac ministra, ubi illa sola non sufficit, ad effectum producendum, utraq; necessariò reqiritur; neutra tamen ad rationem essentiamq; ipsam effectus qicqam pertinet. Architecto arte τεχνικῆ opus est ad ædificium exstruendum: nec tamen ideò ars illa in ædificij ratione essentiâq; qicqam habet. Deniq; qod controversiam nostram propius attingit; etiamsi qò qis æs alienum suum faciat, tanqam suum exolvat, & suscipiendi voluntas, & præstandi facultas, sit utraq; necessaria, neutrâ tamen harum creditori satisfit; in neutrâ satisfactionis apotelesma consistit.

2. Nec si *facultas aut potestas* ejusmodi *ad apotelesma merendi* reqiratur; proinde seqitur, membra dictionis meæ semet invicem collidere, *ut altero posito destruatur alterum*: cum considerationes varias res una eademq; admittat. v. g. Domicilium ab architecto est conditum, ejusq; arte atq; operâ penitus consummatum, qô incolam commodè admittere possit. jus tamen, qo conductor domicilium illud possidet, ab ædium Domino, non ab architecto, obtinet: fruiturq; earundem commoditate, non qâ ab architecto tales sunt conditæ, sed qâ à Domino ipsi fuerint elocatæ. qod si qis igitur architecto, sibi imputari, sibiq; deberi suggerenti, qod commodè habitet

tiones, ita distinguendo responderit, frustra, opinor, regesserit ille, distinctionem protulisse, cujus membra ita secum invicem pugnent, ut alterius positio alterum destruat. Sed ad Theologica transeamus. Fidem justificare siqis dixerit, non qâ est actus legi divinæ conformis, sed qâ in Christum recumbit, cujus merito
5. justificamur; nihil, puto, enunciabitur, qod secum invicem arietet; etiamsi fides nisi ejusmodi fuerit, justificandi vim nullam prorsus sit habitura. Vel (ut rem ipsam, de qâ agimus, propius accedamus) pœnarum exolutio, qam in *Theologia Christianæ*, l. 1. *Obedientiæ partem alteram* statuit Vir Cl. *à Justitiæ omnis impletione* distinctam, an non & ipsa à pietate charitateq; profluxit, singulari, nec citra hanc utramq; valuisset
6. qicqam? neq; tamen, opinor, siqis ita distinxerit, ut pœnarum exolutione, dicat, peccatorum remissionem comparari, non qâ pœna mortis suppliciumve merum fuerit, sed qâ justum pro peccatis nostris pretium eâ sic repræsentatum; distinctionem adhibuisse jure pronunciabitur, cujus membra ita secum invicem pugnant, ut uno posito alterum necessario tollatur. Verum ipsum denuo virum clariss. audiamus. Ad D. Piscatoris respons. replic. Sect. 8. n. 95
7. *Qod Jesus*, inqit, *propter passionem mortis, gloriâ coronatus dicitur; id non de passione, qâ passio i. e. pœna fuit, accipiendum est, sed qâ passio illa ex obedientiâ erga Deum Patrem, sicq; ex justitiæ habitu profluxit.* Nec tamen hæc invicem

colligere dixerim: etiamsi ad merendi apotelesma (ut ipsius verbis utar) requiratur utrumq;, neq; aut voluntas patiendi, aut facultas etiam, absq; pœnis illis actu in se admissis quicqam omninò profuisset.

3. Qod hanc nobis rationem appingit, cur obedientiæ meritum aut humiliationis actus nobis imputetur, qoniam satisfactionis partem constituat, *volente nimirum Christo pro nobis mereri*; hoc ab ipso, non à nobis est. Neq; enim ideò satisfactionis partem constituimus, qia Christus *mereri voluerit*; sed qod ea satisfecerit, & satisfaciendo meruerit: neq; enim creditori ideò satisfit, qia sponsor debitum alienum suum vel facere, vel præstare voluerit, sed qod factum præstiterit.

4. *Voluntatem Christi solam ad apotelesma merendi sufficere*, nec ipse, nec alius (credo) qisqam dixerit. Cęterum aliud est à voluntate ipsâ, *humiliatio spontanea*, (etiamsi *in hac illa cernitur*) sive humiliationis spontaneæ actus eliciti. Qin nec in obedientiâ minus (qam ab humiliatione contradistinguit) voluntas, qam in humiliatione cernitur: nec in eâ magis obediendi, qam in istâ se demittendi, citra actum effectumq; sufficeisset voluntas.

Tertiò, qod in altero distinctionis membro, humiliationem *indebitam* dico; regerit vir cl. *Obedientiam Christi actualem legi divinæ conformem, qoad Christi per se considerati personam æqè esse indebitam atq; humiliationis actus.*

1. Possim illum istic cum D. Gomaro, altero sententiæ Cargianæ oppugnatore, committere. Siqidem is de Justificat. Mater. & Form. disput. elenct. thes. 12. Christum affirmat, *peccatorem fore, & pro se patiendum, nisi perfectam legi obedientiam præstitisset.*

n. 8. 2. Negatur actum omnem obedientiæ Christi legi divinæ conformem, aut esse humiliationis actum, aut etiam indebitum.

n. 9. 3. Quicqid debebatur, qâ debitum, in satisfactionis pro alio præstandæ partem concedere nullo jure potest.

n. 10. 4. Non negatur, humiliationis actus illos, qibus pro nobis satisfit, esse legi divinæ conformes; qatenus ab internâ sanctitate pietateq; profluunt: sed aliam dicitur considerationem admittere, ubi in satisfactionis præstandæ rationem admittuntur.

n. 11 Qartò; Qod hoc ipsum pro à me concesso sumere vir Cl. videtur; qia *Christum* dixerim, *potuisse justum sanctumq; extitisse, etiamsi in cælos à partu ortuq; statim receptus, nullos ejusmodi actus serviles præstitisset.*

1. A specie ad genus perperam concluditur. neq; enim dixi, potuisse perfectè justum sanctumq; extitisse; etiamsi nihil pium sanctumve; sed etiamsi *actus ejusmodi serviles* nullos, unqam præstitisset.

n. 12 2. Qod de suo adjicit, *non serviles solum sed legales:* vereor ut comprobari possit. imo consistere planè non potest. qomodo enim perfectè justa sanctaq; esse

qeat

qeat rationalis creatura, qæ agere potis, nihil justi sanctive agat? sive qæ nihil eorum agit, qæ à lege exiguntur? Non potuit itaqe Christus perfectè justus sanctusq; extitisse, si legale nihil egisset: cum non actus minus, qam affectus, justi sanctiq; à lege exigantur.

Quinè, quod cum Pisc. perperam existimare me existimat, actus illos legales ab interna sanctitate profluentes ad eandem cum istâ formalem Christi hominis rationem pertinere; qum per principij petitionem illos nobis non magis imputari, atam, qam naturæ puritatem.

Ut de principij petitione frustra objectâ nihil dicam.

1. Ad creaturæ cujusq; rationalis, & Christi hominis consequenter, qâ talis, integritatem, tam justitia actualis qam & habitualis reqiritur. nec sine illâ, qatenus eam lex exigit, potest ista consistere. Qicqid ergò obedientiæ Deo Patri exhibendæ, lex creaturæ omni rationali lata, Christo homini indicit, id omne ad Christi hominis integritatem pertinere, haud perperam censetur.

2. Nonmagis hanc, qam illam, imputari, nemo statuit. imputatæ utriusq; par est ratio; par necessitas. Siqidem enim ad justitiam actualem nobis comparandam necessaria est imputata Christi justitia actualis; ad habitualem itidem eisdem conqirendam haud minus necessaria summa est habitualis ejusdem justitia. cum tam ista à nobis, qam illa exigatur; tam hujus qam illius defectus à vitâ excludat; qam ab hujus, qam

qam ab illius carentiâ (ut cum scholis loqamur) Christi beneficio absolvamur. Atq; hoc velim virum Cl. seriò perpendere; qo & censuræ suæ iniqitatem agnoscat; & justitiæ, qam cum alijs asserit, actualis imputatæ necessitatem, vel hoc uno argumento, exclusam intelligat.

n. 16 Sic enim, ne principium peti denuò insimuler, ratiocinationem instituo.

Qod ad Christi hominis ipsius integritatem reqiritur, id in satisfactionis pro nobis exhibitæ partem venire non potest.

At Christi justitia actualis ad Christi hominis ipsius integritatem reqiritur.

Ergò Christi justitia actualis in satisfactionis pro nobis exhibitæ partem venire non potest.

Propositio patet. Etenim;

Qod pro se Christus debebat, id in satisfactionis pro nobis exhibitæ partem venire non potest.

At qod ad Christi hominis ipsius integritatem reqirebatur, id pro se debebat.

Ergò qod ad Christi hominis ipsius integritatem reqiritur, id in satisfactionis pro nobis exhibitæ partem venire non potest.

Assumptio non minus claret.

Absq; qo humana natura non censetur integra, id ad Christi hominis ipsius integritatem reqiritur.

At absq; justitiâ actuali, ubi agendi facultas & opportunitas adest, humana natura non censetur integra.

Ergò

Ergò justitiá actualis, cum agendi, nec facultas, nec opportunitas deesset, ad Christi hominis ipsius integritatem reqirebatur.

*Propositio* per se satis est dilucida.

*Assumptio* sic confirmatur.

Absq; eo, qod lex ab humanâ naturâ exigit, humana natura non censetur integra.

At justitiam actualem lex ab humanâ naturâ exigit.

Ergò absq; justitiâ actuali natura humana non censetur integra.

Rursus: Si justitia habitualis, sive naturæ puritas, ideò à satisfactionis ratione rejicitur, qia debita; utpote qæ ad formalem Christi hominis integritatem necessariò exigatur; tunc justitia actualis eadem de causâ rejicietur; qia & hæc, ubi agendi facultas opportunitasq; datur, est non minus debita; utpote qæ ad formalem Christi hominis integritatem nihilo minus exigatur.

At illud (viro Cl. etiam haud diffitente) conceditur.

Et hoc igitur necessariò indidem consequitur.

Hæc qo clarius perspiciantur percipianturq;, distinctum sic velim. Justitia actualis Christi duplex est: altera actibus eis continetur, qos Christus, qâ homo, legi naturæ communi & debebat & præstabat: altera eis, qos legi mediationis, postqam eam in se susceperat præstandam, indebitos prius, qia lege nullâ præscriptos, in nostrî redemptionem jam præstare tenebatur. Absq; illis

illis præstitis, perfectè justus esse non poterat: Absq; istis, qibus humiliationis actus serviles illi annumerantur, nihil obstat, qò minus potuisset.

n.7. *Accersit huc Censor meum ipsius testimonium, Theolog. Christ. l. 1. de Statu humiliationis Christi & partium illius: ut me in partem vocet ignorati sui elenchi de duplici consideratione obedientiæ Christi invicem oppositâ. id qod postrema hujus animadversionis verba indigitant; qòd* hæc omnia *Christi officia, qatenus* humiliationis rationem obtinent, (*non item qatenus ab internâ illius sanctitate profluunt*) eatenus & satisfactionis naturam induunt: atq; eâ *duntaxat* ratione nobis ad justificationem imputantur. L. L.

*Ego verò membrorum distinctionis illius oppositionem pernego; & contra, nullum actuum humiliationis meritum, nisi in formali personæ Christi integritate, qæ ab incarnatione filij Dei dependet, fundatum, atqe ab illâ profluens, agnosco.*

n.8 At 1. Patet hinc, viro Cl. ipso autore, obedientiam Christi humiliationis considerationem admittere seorsim à sanctitatis consideratione distinctam; cum sub *humiliationis* genere eam comprehendat, & à Christi *justitiâ habituali*, cujus itidem in definitione nulla prorsus sit mentio, verbis conceptis statim disterminet. Siqidem post obedi- T. G.

en-

entiæ definitionem supra datam, subjungit ista: *Appellatur etiam Iustitia Christi. Verum non essentialis illa Deitatis, neq habitualis sive originalis illa Humanitatis. sed qam* Θεάνθρωπος, *ut Mediator jam consecratus, agendo patiendoq Deo Patri præstitit; qæ non debebat ipse, pro nobis debentibus exolvens.*

2. Qæritur in præsentiarum, non in qo fundetur meritum ac satisfactio Christi, sed in qô consistat; & qâ ratione consideretur illud, in qô consistit. fundatur autem, non tam in sanctitate, qam in dignitate τῦ θεανθρώπυ. Phil. 2. 6, 7, 8. Inde enim vim merendi, qia & valorem, trahit Christi humiliatio; qod persona tam sublimis, tam creaturæ omni præminens, ad tam servilia, tam vilia, tam se indigna, tam infra majestatem suam, vel perpetienda, vel præstanda sese demiserit. ideo tantum valuit sanguis ille in redemptionis pretium, pro tot millium millibus fusum, 1 *Pet.* 1. 18, 19. qia τῦ θεανθρώπυ sanguis fuit, *Act.* 20. 28. inde officia illa per vitam totam, in diebus carnis suæ, ut Apostolus loqitur, *Heb.* 5. 7. exhibita, tam πλυτίμητα; qod à personâ tam honoratâ, imò tam supra honorem omnem constitutâ, & suscepta, & confecta fuerint. Cæterum satisfactionis materia subjecta, non dignitas illa majestasve extiterat, sed dejectionis actus illi, tam in vitâ, qam & in morte cum primis, imò præcipuè, repræsentati. in illis satisfaciendi virtus fundatur, illis satisfactio ipsa comprehenditur.

Qod

n.8. *Qod confessionum publicarum* formu- L. L.
*læ, si Helveticam posteriorem excipias,*
hâc in causâ parum explicatè loquntur;
*ideò factum rectè putat Censor,* qia con-
ditores earum de lite istâ nihil cogita-
rint; *qippe tunc temporis, cum illæ con-
derentur, nondum existente. Oborta est
namq; primùm qæstio illa inter Theolo-
gos Lutheranos; M. Georgium Kargi-
um Pastorem Onolsbacensem, & collegas
ipsius, non multo ante annum superioris
sæculi septuagesimum: qumq; in ner-
vum erupisset; collegio Theologorum
Wittebergensium ad dijudicandum propo-
sita fuit: qi qidem secundum nostram
sententiam de illa pronunciarunt.*

n.9. *Amplexati nihilominus sunt alienam
illam opinionem è nostratibus Theologis
nonnulli: ex qibus etiam fuit D. Cas-
par Olevianus; à qo Præceptore D. Io-
hannes Piscator illam imbibit; ac mor-
dicus postmodum, qâ privatim, qà publicè
propugnavit.*

*Cæterum de vero sensu & scopo Con-
fessionum de justificatione, dictum est in-
ferius, disceptationis, p. 37, 38, & 39.
Replic. Sect. 1. n. 1.*

n.10 Qòd sententiam eam, qam nos cum T.G.
Cargio ferè coævis, Oleviano & Ursino;
haud longè posterioribus, Sculteto, Pa-
ræo, Piscatore, aliisq; viris illustrissi-
mis, liberè profitemur, & adversus qo-
rundam calumnias odiosas, notasq; in-
iquissimas, sedulò propugnamus, velut
natam nuperrimè, & qæ seculum non-
dum viderit, ad Cargium tanqam pri-
mum autorem refert Vir Cl.

1. Vereor, ne illa potius, qam tuetur ipse, qamq; assertores ejusdem nonnulli, pro lapide primario in fidei pietatisq; fundamentis habent, per secula haud pauca, antiqitati omni penitus ignota fuerit, cum ea, qam de Christi morte ac perpessionibus nos tutamur, tum in Scripturis sacris, tum & in antiquorum scriptis, passim occurrat.

2. Non fuit is Olevianus, qem aut secutum, aut magistrum habuisse, Piscatorem pudeat.

3. Nec nos verò aut Cargium, aut Olevianum, aut Piscatorem hâc in causâ tanti facimus, ut pro Magistris habeamus, in qorum verba jurare parati simus; cum & ab istis, ubi halucinatos deprehendimus, non inviti discedamus.

4. Sed nec ullum hominem, hominumve consessum ulterius attendimus, qam ex verbo Dei, (qam solam ducimus in fidei negotijs dijudicandis normam fallere nesciam) qæ senserint censuerintve, possint liqidò demonstrare.

5. Qam è confessionibus publicis pro sententiâ suâ solam producit, Helvetica posterior, nec ipsa seculum adhuc vidit.

6. Deniq; neq; regiones nuperrimè in Orbe novo, qem vocant, detectæ, ideò minus veræ, sed fictitiæ sunt terræ; aut qia nobis nuper notæ, ideò & nuper enatæ sunt; neqe ideò minus vera est veritas, si errore obtinente, minus plerisq; animadversa per secula

cula aliqot delituerit, aut ubi jam e-
merserit, qia minus ante recepta, i-
deò est pro novâ habenda, qæq; ab
antiqo, vel ab initio etiam, non exti-
terit.

## De Sect. 2.

### *M. Lud. Lucij Vindiciæ.*

n. 1. *Pergit hinc Censor ad Affirmationis κατασκευὴν examinandam; cujus summa huc redit.* L. L.

*Omne Christi meritum ad justificationem credentibus imputatur.*

*At non tantum passionis, sed etiam actionis meritum, est Christi meritum.*

*Non igitur illud tantum, verum & istud, credentibus ad justificationem imputatur.*

Multis modis peccat hæc ratio, *ait Censor. Videamus, qæso.*

Propositio, *inqit*, tutò negari potest. *Ergò, falsa ut illa sit, oportet. Oculatior utiq; hic videri voluit Censor, qam D. Piscator; qi propositionem istam, ut veram, simpliciter, ac citra exceptionem ullam, admiserat.*

n. 2. *Ecqæ autem falsitatis ratio ab illo assignatur?* Meritum omne Christi, *inqit*, ad justificationem restringit. *At hoc falsum est: neq; ullum talis restrictionis vestigium in totâ meâ ratione apparet.*

n. 3. Atqi Christus, præter justificationem, alia nobis insuper meruit: verbi gra-

gratiâ, adoptionem, sanctificationem, &c. Et qui istud nescit? Num verò propterea, qui omne sive totum Christi meritum ad justificationem credentibus imputari dicit; meritum Christi ad solam Justificationem restringit? aut, num justificatio, adoptio, sanctificatio, cæteraq; beneficia salutaria, sic ab invicem disparantur; ut, merito Christi ad justificationem accomodato, cætera excludi oporteat? ac non potius illa omnia, ut Christo unico; sic unico illius merito transcribantur? Ephes. I. v. 3.

Justificatio (*scribit* D. Gulielmus Twissus, *Theologus Censori comprovincialis, in Vindiciis* Perkinsianis, *l.* 1. *p.* 2. *Sect.* 1.) est fidelium; adoptio est justificatorum. nam naturâ, licet non tempore, prior est adoptione justificatio. Tum verò decrevit Deus, non modo justificare & adoptare, sed & sanctificare, quos destinavit ad salutem.

*Sic igitur propositionem meam, per elenchi ignorationem, falsitatis insimulavit Censor.*

THO: GATAKERI *Responsio.*

T.G. 1. Nolim succensere virum Cl. quod formulis modestioribus, quid sentiam, subindicarim; vocibusq; minus acceptis abstinuerim.

2. Præscriptionem meam, quâ falsitatis (ut ipso præeunte liberius jam loquar) argui propositionem ipsius existimem, *Christi scil. meritum ad justificationem restringi*; *falsam* esse, quod affirmat;

firmat; cum *restrinctionis talis vestigium nullum in totâ ratione suâ appareat*: id verò mihi secus planè videtur. Si enim *omne*, sive *totum* (ut disertissimè etiam jam loqitur) *Christi meritum ad justificationem imputetur*, qid erit reliqi, qod ad regenerationem, qod ad sanctificationem, qod ad adoptionem, qod ad glorificationem deniq; comparandam imputetur?

n.3. 3. *At non sic*, inqit, *ab invicem disparantur ista, ut merito Christi ad justificationem accommodato, cætera excludi oporteat.* Nec id qisqam dixerit. sed si totum huc contuleris, nihil supererit, qod ad cætera illa conqirenda conducat. Si æs omne, qod pro nexo aliqo est transmissum, ob exolutionem è vinculis, sive libertatem redimendam, est persolutum; ecqid inde reliqi superesse potest, qod ad vestiendum, liberaliterq; habendum, ubi vinculis jam est exolutus, inserviat?

n.4. 4. Itaq; suam ipse Propositionem Vir Cl. evertit, meamq; adversus eam præscriptionem statuminat; cum *Christi merito unico ista omnia transcribi* concedit. Si enim & ista merito Christi unico tribuuntur; non ergo totum illud ad justificationem imputatur.

n.5. 5. Nam *D. Twissi* testimonium de justificationis ad adoptionem prioritate, cum ad Propositionem controversam nihil qicqam faciat, qid hic agat, nullus video.

n.6. 6. De elenchis vero, qæ ad nauseam usq; Vir Cl. subinde inculcat, tanqam

legu-

leguleiorum formulas meras, surdâ aure prætereo. Qorsum enim in tricis istis hæream, ubi vel objecta, vel asserta, qod refellat falsive arguat, compareat nihil?

L. L. 2. Sed & assumptio negari potest, inqit, prout istic concipitur; Nempe προσυλλογιστικῶς ita: Non tantum meritum passionis & mortis, ad nos à mortis reatu & legis maledictione redimendos; verum & obedientiæ activæ, ad nobis jus vitæ æternæ & benedictionem filiorum Dei recuperandum; est Christi, ut unici & perfecti nostri redemptoris, ac servatoris, meritum. *At non ita conceptam, sed à duabus istis sententiis, prosyllogisticis separatam, simpliciter negaverat D.* Piscator: *cui p. 41. responsum est. Replic. Sect. 2. n. 2.*

*Qam autem Censor suæ negationis rationem affert?* Præsumitur, *inqit*, aliud esse redimi à morte, aliud vitæ jus obtinere. *Qidni verò, inqam, sic meriti præsumatur? cum hæc Censori sint contraria immediata, (mihi privativè opposita) mors & vita; ac proinde actus, circa ista versantes, simpliciter iidem esse neqeant; sed diversos, qippe objectis discrepantes, esse oporteat: Scripturâ ipsâ discrimen illud attestante; dum actus illos discretivâ sententiâ enunciat: putà*, credentes in Christum non perire; sed habere vitam æternam, *Ioh 3. v. 15, 16.* n.8.

T.G. 1. Qod dictionem meam castigat Vir Cl. qia mortem & vitam contraria immediata dixerim, qæ sunt ipsi *privativè opposita*: at privativè opposita contrariorum classe contineri, docuere me olim

al-

authores classici. Ut de Ramo nihil dicam; qi Dialect. l. 1. c. 14, --17 *Contraria* distribuit in *Affirmantia* & *Negantia*: *Affirmantia* facit *Relata* & *Adversa*; *Negantia Contradicentia* & *Privantia*. Cicero de Invent. l. 1 §. 32. *Contrarium est, qod positum in genere diverso, ab eodem cui contrarium dicitur, plurimum distat: ut frigus calori, vitæ mors.* Qod ex *Aristotelis* τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ *l* 9. *c* 4. desumptum est. qi & idem ibidem, Contrariorum nomine privativè opposita comprehendit. Πρώτη, inqit, ἐναντίωσις, ἕξις καὶ στέρησίς ἐστιν. atq; etiamsi in Categorijs, c. 8. τὰ ἐναντία strictè sumpta (nam generis vocabulum speciei alicui qandoq; ratione peculiari tribuitur) ἀπὸ τῶν κατὰ στέρησιν καὶ ἕξιν ἀντικειμένων distinguat: idem tamen in *Elenchis Sophisticis*, (in qibus Vir Cl. plurimum versatus videtur) *lib* 1. *cap* 4. ἐναντίον εἶναι, pronunciat, ζωὴν θανάτῳ. *Plato* deniq; in Phædone. Ζωῇ ἐναντίον τί ἐστι; θάνατος. Verum subtilitas ista, ipso etiam assentiente, nullum hîc parturit, ne dum parit, in re ipsâ discrimen.

n. 8. Siqidem, *cum sint*, inqit, *contraria immediata, mors & vita, proinde actus, qi circa ista versantur, simpliciter ijdem esse neqeunt; sed diversos, qippe objectis discrepantes, esse oportet.*

Imò, inqam, qia sunt *contraria immediata*, sive ὧν οὐκ ἔστι μεταξύ, privative opposita, (hoc enim an illud dixeris, eodem res redit) mors & vita; proinde redimi à morte, & jus vitæ obti-

 nere,

nere, sunt formulæ ἰσοδυναμοῦσαι, qibus una planè eademq; res, sive unus idemq; actus, (qi circa unum idemq; subjectum, hominem *scil.* cui tribuuntur ista, versatur) pigmento tantùm rhetorico fusius expositus, designatur. nec amplius qicqam locutione alterâ dicitur, qam qod priori formulâ dicebatur. Nec objectorum diversitas sententiam evariat, ubi verba, qibus actus ipse exprimitur, pro objectorum diversitate pariter disparantur. Ecqis enim non videt, utraq; ista, cæcitatem tollere, visumq; restituere; tenebras dispellere, lucemq; introducere; a morte resuscitare, vitæq; redonare; actum unum eundemq; omninò designare, hoc est, ex cæco videntem, ex tenebricoso lucidum, ex mortuo vivum facere? nisi fortè argutiolis illis locum dare libuerit; qibus disceptabant Pyrrhonij, mortuus ne an vivus moreretur, vivus ne an mortuus resuscitetur: (de qibus *Gellius. Noct. Attic. l.6. c.13.*) & morti vitæq;, alteri depellendæ, alteri inducendæ, ut terminos distitos, ita actus diversos, statuere velimus. Notum est Physicorum illud, ex *Aristotele de gener. & corrupt. l.1.c.3.* τὴν τοῦδε φθορὰν, ἄλλου εἶναι γένεσιν, καὶ τὴν τοῦδε γένεσιν. ἄλλου εἶναι φθοράν. generationem unius esse corruptionem alterius; corruptionem unius generationem alterius. an non tamen uno eodemq; actu aliud ex alio generatur, aliud in aliud corrumpitur? Deus an non uno eodemq; actu, cum ex limo carnem

creavit;

creavit; & limo esse suum sustulit; & carni dedit? an alio *scil.* illud perpetravit, alio istud perfecit? Deniqꝫ cum de re forensi controversia instituatur; fingamus judicem pro mortis reo sententiam protulisse, *non esse morte tollendum*; an alterâ insuper sententiâ opus erit, qâ *vivendum esse*, pronunciet? aut non sensu communi destitutus merito censeretur, qi vitam tamen non adjudicatam, contenderet, nisi istud etiam adjecisset?

Qod enim, actus diversos esse, inde n. 9. contendit V. Cl. qia *discretivâ sententiâ enunciantur in Scripturâ, non peribit, sed vitam æternam habebit*: Non potest esse nescius, tam in Scripturis sacris, qam & in sermone familiari, ad majorem vel evidentiam, vel emphasin, formulis varijs, discretivè etiam qandoq; conceptis, per ἐπεξήγησιν, sive ἐπιμονὴν, rem eandem aliqam qam creberrimè enunciari. qod & venustatem aliqam dictioni conciliare monet Eustathius. Sic enim is ad Iliad. ubi de *Diomede* poeta, Ἀλλ' ὅτις προότερος. Ἀλλὰ πολὺ πρῶτος Nemo prior: sed ipse primus. Τὸ πολὺ πρῶτος, οὐκ ἀναγκαίως μὲν ἐπῆκται, μετὰ τὸ ὅτις πρότερος. ποιεῖ δὲ ὅμως κάλλος τὸ κατὰ ἄρσιν καὶ θέσιν. Illud, ipse primus, non est necessariò adjectum post illud, Nemo prior, veruntamen habet elegantiam qandam, qod tam per privationem qam & per positionem effertur. Cæterum ad istam paginam nos restringentes, è multis pauca deli-

 babimus,

habimus. *Deut.* 9. 7. Memineris, ne obliviscaris. 1 *Sam.* 1. 11. Et memineris mei; nec obliviscaris ancillæ tuæ. Et qidni potuerit pariter utrobiq; dixisse; Ne obliviscaris, sed memineris? *Ioan.* 5. 3. Omnia per illum facta sunt; & sine illo nihil est factum eorum qæ facta sunt. Et *cap.* eod. *v.* 20. Confessus est; nec negavit, sed confessus est; nam καὶ particula ibi discretivæ vim habet. 1 *Thes.* 5. 6. Ne dormiamus; sed vigilemus. deniq; *Psa'.* 118. 17. *Non moriar; sed vivam:* David qod dixit, qid amplius dixit, qam qod eidem *Nathan*, 2 *Sam.* 12. 13. *Non morieris?* aut qid *Nathan* illi amplius pollicitus fuisset, si clausulam illam, *sed vives*, adjecisset? Certè non mori, & vivere; in æternum non perire, & vitam æternam obtinere, nî eadem sint; ego me, non cæcutire tantum, sed cæcum & exoculatum planè profiteor.

Verum detur, (etiamsi rationi adversetur prorsus) actus hosce duos diversos esse, à morte redimi, & vitæ jus obtinere.

Attamen, 1. non seqitur, ut qia actus sunt duo, ideò actu duplici procurari utrumq; necesse sit cum plura possint actu uno eodemq; comparari. Uno eodemq; actu Spiritus Dei, & mentium nostrarum tenebras depellit, & mentes ipsas illuminat. 2. *Cor.* 4. 6. Unâ eademq; vociferatione Dominus Christus *Lazarum*, & à morte resuscitavit, & vitæ restituit. *Ioan.* 11. 43. Largimur enim impræsentiarum hoc Viro Cl°. ut

actus

actus diversi hice habeantur. Uno eodemq; actu Cain sceleratus, & fratri vitam sustulit; & parentibus luctum mœroremq; peperit. Uno eodemq; actu mater omnium viventium, & appetitui indulsit, & pœnitentiæ materiam sibi procuravit: nec sibi tantum, sed soboli suæ noxam creavit; qum *hausit virus peritura, & perituros paritura*; ut scitè * Bernardus. * De Superb. gr. 1.

n.11 2. Si duo ista (cum sint τῶν ἀντικειμένων, ὧν ἐν τῷ δεκτικῷ οὐδέν ἐστι μεταξύ) mors & vita, ita necessario sunt inter se connexa, ut alterius positio ad sublatum alterum, ex rei ipsius naturâ, necessariò consequatur: certè meritum passionis, qos à morte redimit, eisdem vitæ jus etiam necessario restituet. ut ad hoc consequendum ex re qapiam nihil opus sit adjectâ. nam si *benedictionis filiorum Dei* nomine gloriam cœlestem, qę adoptione nobis obvenit, intelligat; qomodo dicit, *Obedientiam Christi activam* reqiri *ad eam recuperandam*, qam cum nunqam, nec in primis qidem parentibus, habuerimus, nunqam amisimus.

n.8. 3 *Insulcit hæc ratio, ait Censor*, qæ nec in medio, nec in qæstione habentur. *At non propterea peccat; qia insulcit ea, qibus assumptionis distincta membra prosyllogisticῶς approbantur; uti & p. 40. Replic. Sect. 2. n. 1. D. Piscatori responsum fuit. Actum igitur hic Censor agit.* L.L.

.9. 4. Ea, *inquit*, qæ insulciuntur, sunt qæstione ipsâ non minus controversa.

 Nempe

*Nempe si ad præconceptam opinionem, non ad Scripturæ S. sensum, reiq́ veritatem, existimentur.*

*Tota proin ista animadversio Censoris, meæq́ ratiocinationis reprehensio,* ἀμέλειαν τῶν ἀναλυτικῶν *de se prodit.*

T.G. De clausulis extraneis Syllogismo intersitis, qod *Piscatori* jam ante *responsum* ait, (qod ego nondum videram, cum ista chartis illinerem) & προσυλλογιστικῶς *adjecta.* nihil amplius dico, qam σαφέστερον καὶ μεθοδικώτερον facturum fuisse videri, si citra præsumptionem, (qam principij petitionem in aliis nuncupasset) ad assumptionis comprobationem rejecisset.

Nam de *præconceptâ opinione* & *analyticis insuper habitis,* qæ subjungit Vir Cl. mihi pari sunt loco, qo λευκὴ στάθμη, charta pura. De objectorum vi alij viderint.

L.L. *Obedientiam activam non præstitisse Christum, ut per illam nos redimeret; asseruerat D. Piscator. Huic contradicit Censor;* Imò præstitit, *inqiens,* ut per illam nos redimeret: *qatenus* formæ servilis indutæ rationem habuit, *Galat.* 4. v. 4, 5. *Quo tamen loco Apostolus de totâ obedientiâ Christi, non activâ solum, sed etiam passivâ, loqitur: Non tantum, ut nos redimeret à maledicto legis; sed etiam ut adoptionem filiorum Dei acciperemus.*

*Idq́ non tantum, qatenus formæ servilis indutæ rationem habuit obedientia illa; dum legi divinæ pro nobis subjectus*

*fuit*

*fuit Dei filius; sed etiam, qatenus à formali personæ Christi integritate profecta illa est; dum ex muliere factus est pro nobis sanctus & justus homo, per sanctam & immaculatam ex Spiritu S°. conceptionem; uti verba Apostolica istac omnia manifestè secum inferunt.*

n.14 1. Nihil qicqam hìc Apostolus de Christi *sanctitate justitiâve*, neq; proinde eatenus aliqid nobis promeritum affirmat, qâ *sanctus justusq;* extitit. T.G.

n.15 2. Jam, etiamsi serviles actus officiaq; à Christo istic præstita universa, qatenus humiliationis rationem in se continent, in satisfactionis partem redemptionisq; pretium concedere, uti prius, profitear: de loci tamen, qem adduxeram, sensu nunc ambigo. & in D. Piscatoris sententiam, (qam φρόντιδες δεύτεραι, qæ σοφώτεραι plerumq;, ei suggesserant) propendeo; qi in Scholiis, ad locum hunc, ὑπὸ νόμον γενόμενον; sub lege ortum, interpretatur. ut qod seqitur ἵνα, ad ἐξαπέστειλεν referatur. *Emisit Deus filium suum, factum ex muliere, ortum sub lege; ut eos redimeret, qi sub lege erant; ut nos adipisceremur adoptionem filiorum.* h. e. non servorum instar, licet hœredes, sub pædagogis, rituumq; jugo, haberemur, sed qasi plenâ jam libertate, ut-pote qi adulti, ætatemq; adepti virilem, frueremur, & filiorum planè instar ageremus: videatur cap. 3. v. 24--26. & cap. 4. v. 1--5. Cæterum utrovis modo sumere placuerit, causæ, qam nos tu-

 tamur,

tamur, nihil officiet.

L. L. *Dixeram ego, perfectam nostram fælicitatem positam esse, non tantum in ablatione mali, & liberatione à reatu mortis, & maledictionis; verum etiam in restitutione boni, & immissione in jus vitæ æternæ.* Hanc meam sententiam, *discretive pronunciatam, carpit hîc Censor. Et pro identitate phrasium istarum obtinendâ, qærit;* Annon ista sunt contraria immediata? *Qænam ista? Inqam.* Num *vita & mors? Ut paulo ante dixerat: An à morte restitui & vivere? ut seqentia hîc innuere videntur. Ecqis autem sanus ista dicat esse eadem; qia sint contraria immediata?*

*Attamen ista sese necessariò consequuntur.* Qis enim vel cogitatione fingere potest hominem à morte restitutum, qi non vivat? à mortis reatu liberum, qi non vitæ jus obtineat? *Consequuntur utiq; ista sese; ad modum consecutionis oppositorum; qo ad positionem unius conseqitur destructio alterius; & vicissim.* Nec tamen propter istam consecutionem mutuam, illa eadem existunt; sive naturaliter, sive moraliter, vitam & mortem consideres.

*Naturaliter, vita est duratio actus vitalis in vivente: mors est privatio sive destructio actus illius. Qocirca in qocunq; vita inest, ab eo mors abest: & à qo mors abest eidem vita inest. Et consequenter, qi conservat vitam, simul prohibet mortem; & qi destruit vitam, infert mortem. Nec tamen propterea, conservatio vitæ est*

*est numero & definitione idem cum prohibitione mortis: tametsi ista se mutuò necessarioq; consequantur. Sunt enim actus isti, conservatio puta & probibitio suâ naturâ, non diversi tantum, sed & oppositi: qi tamen ad opposita objecta relati, secundum oppositorum consecutionem, ipsi quoque consequuntur.*

n. 16. *Moraliter jam considerata, vita & mors, in actibus judiciariis, cum præmii & pœnæ connotatione accipiuntur: Vita quidem cum gloria & dignitate, ut præmium κατορθώματος καὶ δικαιώματος: Vita contra cum ignominia aut damno conjuncta, adeoq; etiam mors, ceu extremus vitæ miseræ terminus, ut pœna sceleris καὶ ἀδικήματος. In his talibus, ad positionem qidem præmii destruitur pœna; tanqam duorum oppositorum posito uno, destruitur alterum. at non vicissim ad negationem pœnæ conseqitur necessariò præmii adfirmatio: eo qod ista non sunt immediatè opposita: qippe inter qæ tertium qiddam intercedit; status videlicet hominum neuter, cui neq; pœna, neq; præmium legibus constitutum est; ut qi neq; flagitiosè, neq; præclarè sese gesserunt. cujuscemodi sunt illi, qi rebus suis utuntur, vel abutuntur: circa qas neq; justitiam, neq; injustitiam committi testatur Philosophus, l. 5. Ethic. Nicom c. 10.*

n. 16. Excriptoris oscitantiâ, in animadversione hâc interciderant voculæ aliqot, sic supplendæ; *An non ista sunt contraria immediata, mors & vita, mortis* T. G.

*reatus & vitæ jus?* His restitutis, qid velim, liqidò satis pateb r. nempe, cum ista qę dixi sint immediatè opposita, ne cogitatione qidem fingi posse, hominem a morte restitutum, qi non vivat; à mortis reatu liberatum, qi non vitę jus obtineat. Atq; hoc ipsum largitur planè vir Cl. *ex oppositorum ratione, ad positionem unius conseqi destructionem alterius; & vicissim.* qod qid est àliud, qam ad restitutionem à morte, vitam; ad liberationem à mortis reatu jus vitę necessariò conseqi?

Verum, *non seqitur*, inqit, *ista eadem existere.* Mitto denuo disqirere, n.1 eadem ista sint necne. neq; enim istud hoc loco assero. sumo tantum imprę sentiarum, qod datur, & ad causam, qam hîc ago, obtinendam sufficit. Si ex restitutione à morte, vita; ex liberatione, à mortis reatu, jus vitæ, necessariò conseqitur; tum qicqid id est qod à mortis reatu liberat, illud ipsum jus vitę comparet, & conferat, necesse est. At Christi morte & passione restitutionem à morte, liberationem à mortis reatu comparari, concesserat supra Vir Cl. Ex premissis autem, qæ non potest non agnoscere qid emergat necessariò, ipse viderit.

Sed nec eis imminuitur qicqam, nedum eliditur, sed firmatur potius, vis n.1 argumenti istius, qę de *vita Morteq; naturaliter consideratis* subjunguntur. qum ad propositionis primariæ stabilimentum disertissimè conducant.

Nam qæ de *moraliter consideratis* n.1 dicuntur,

dicuntur, disqisitione ulteriore opus habent.

Atq; hîc, primo ignoscat, precor mihi. Vir Cl. si vitę mortisq;, justitię injustitiæq;, considerationem moralem cum judiciariâ minus commodè confundi, existimem. Cum ista terminis eisdem neutiqam dispescantur; & rationes varias admittant; uti posteà videbitur.

n.20 2. Qæro, an mors, qę in actibus judiciarijs indicitur atq; infligitur, non sit ejusdem naturę communis, cum eâ, qæ extra judicium vel accersitur, vel obvenit; eaq; pariter ac ista vitę opponatur: an mors in istis ita naturam suam exuat, ut vel ex Iudicis sententiâ adjudicata, carnificisq; manu procurata, vitam non tollat; vel abjudicata sive condonata eadem, vitam tamen non concedat. Etenim si eadem hîc, qæ alibi, mortis natura communis existat; tamq; vita mortem istic, qam & mors vitam, excludat; tam vita sublata mortem, qam & mors inhibita vitam, statuat; Certè inter mortem vitamq; naturaliter, easdemq; moraliter (ut Vir Cl. loqitur) consideratas, hâc saltem ratione, nihil intererit.

n.21 Verum *mors & vita*, inqit, *in actibus judiciarijs cum præmij & pænæ connotatione accipiuntur*; & qæ sequntur. nam singula toties repetere, non legenti minus, qam scribenti, tœdio existeret.

Atqi 1. nihil est necesse, ut vita in

actibus

actibus judiciarijs præmij habeat rationem. nec id verò in re judiciariâ solenne est. In qæstione capitali, cui crimen intenditur, si reus peragatur, pœnę loco mortem subit; sin absolvatur, mortis pœnam evadit: neq; tamen prœmij loco vitâ donatur. perinde ac in alijs notæ levioris actionibus usu venit. Sic enim per Mosem Deus, *Deut.* 25.1. *Si controversia inter aliqos extiterit, & ad judicium res delata fuerit; justificent* (judices scil.) *eum qi justus* (hoc est, insons) *fuerit; eum verò qi improbus* (hoc est sons) *fuerit, condemnent.* Seqitur mox de pœnâ huic pro culpæ ratione infligendâ, de pręmio nihil. Qin & per totum juris Civilis Corpus (qod appellitant) de Præmijs Titulum nullum reperio. de Pœnis reperiri qis nescit?

2. Ænigmata planè mihi sunt illa; n.21
*vita cum ignominiâ,* scil. *aut damno conjuncta; morsq;, ceu extremus vitæ miseræ terminus, ut pœna sceleris καὶ ἀδικήματος,* lege aliqâ sancitæ. Ignominia qidem damnumq; pro pœnis passim in Jure prostant. at vita ubi pœnæ loco sancitur, non lego. Tum mors, qatenus est vitæ miserę terminus, cum miserijs illa finem imponat, beneficij potius qam pœnæ aut supplicij rationem induit. Notum est Tiberij illud, referente Suetonio l.3. c. 61. qi in recognoscendis custodijs, precanti cuidam pœnæ maturitatem, respondit; *Nondum tecum ingratiam redij* Nota & é Tragœdiâ illa; (habet Seneca in Agamemnone.)

*E. Con-*

*E. Concede mortem. C. Si recusares, darem.*

*Rudis est tyrannus, morte qi pœnam exigit.*

*E. Mortem aliqid ultra est? C. vita si cupias mori.* Ecqis autem unqam fando accepit, mortem, ceu vitæ, qâ miseræ, terminum, pro sceleris pœnâ, lege ullâ sancitam? ne in declamationibus qidem, qæ causas fictitias agunt, tale qippiam deprehendi existimo.

n.23 Frustra sunt itaq; qæ adjiciuntur; *ad positionem præmij destrui pœnam; at non ad negationem pœnæ seqi necessariò præmij adfirmationem.*

Siqidem, primò, in judiciarijs actibus plerisq; præmij ratio nulla omninò comparet. ut ne adjiciam in Ethicis, præmij justè factorum nullam haberi rationem: cum honesti causâ duntaxat facta præsumantur.

n.24 2. Etiamsi præmium & pœna, simpliciter considerata, non sint *immediatè opposita*; attamen in eâ lege, qâ delinqentibus pœna, observantibus præmium proponitur; ejusmodi necessariò eadem existunt; qoad illos universos, qebuscum, eadem cum tenerentur, ex lege illâ agitur

n.25 3. Qod κατορθώματα proponuntur, *qibus præmium; scelera, qibus pœna debeatur.*

1. Non solent in re judiciariâ scelera cum κατορθώμασι componi. ut qæratur *scil.* sceleratè qis egerit, an præclarè se gesserit.

n.26 2. Κατορθώματα illa, si sunt officia necessaria ex jure debita, delinqenti qidem

dem pæna debetur; præstanti verò præmium ex jure nullum. qo enim jure officij illius præmium exposcat qis, ad qod præstandum ex justitiæ lege tenebatur?

3. Si qid præmij officio necessariò pre- n.17
mittitur, non id ex justitiæ lege, sed ex promittendis liberalitate merâ proponitur, fidelitate exhibetur.

4. Si spontanei fuerit qippiam, cui n.18
præmium proponitur; etiam istic pæna damni saltem & præmium erunt immediatè opposita.

5. De alijs pænis præmijsq; qomodo- n.19
cunq; statuatur; ubi mors pæna, præmium vita sancitur, ex rei ipsius naturâ οὐδὲν μεταξὺ dabitur, aut dari etiam poterit.

Frustra itidem, qod subjicitur, *inter* n.30
*pænam præmiumq; tertium qiddam intercedere, statum videlicet hominum neutrum, qibus neq; pæna, neq; præmium legibus sit constitutum*, &c.

Etenim 1. *status* iste *neuter* nihil ad rem præsentem facit: proponitur siqidem is vitæ status, qi lege nullâ contineri dicitur. cum de re judiciaria agatur: nec de eis judicia haberi consueverint, de qibus nullâ lege cavetur.

2. A justitiâ forensi ad moralem tran- n.31
situr; vel forensis potius cum morali perperam confunditur. cum multa sint moraliter mala, nec injusta tantum, sed scelerata & flagitiosa, qæ lege tamen politicâ non interdicantur. multa lege politicâ prohibeantur, qæ moraliter mala non sunt.

n.31 3. Qi *rebus suis abutuntur*, (in his enim *status* ille *neuter* consistere perhibetur) etiamsi adversus justitiam strictè sumptam ex philosophi mente non pec- cent; (qod Theologi tamen Philosopho neutiqam sunt concessuri; cum lege de furto non admittendo etiam re suâ abutentem reum teneri, censeant & consentiant universi) moraliter tamen peccare, nec vitio culpâq; immunes esse, idem statuerit. neq; enim flagitia minus, qam facinora, bonis moribus adversantur, vitijsq; accensentur. neq; τὺς ἀσώτυς ϗ ἀκολάςυς, qi rem suam prodigunt, qiq; voluptati sese totos dedunt, qam ἀδίκυς ϗ ἅρπαγας minus, qi aliena auferunt, vitiosorum turbâ comprehendit Philosophus.

n.33 4. Etiam de eis, *qi rebus suis abutuntur*, lege politicâ, & qidem creberrimé, statuitur. ut ad exterorum leges, gentisq; cujusq; municipales ne excurram; in qibus ampla satis rerum istiusmodi seges. qot leges politicæ horsum spectantes apud *Mosem* ipsum reperiuntur? *Levit*. 20. 15. *&* 25. *v*.4,5. *Deut*.21. *v*. 16,17. *& c*. 22. *v*.5.---11. *& c*.24. *v*.20,21,22.

n.34 5. In re judiciariâ, *insons* omnis pro *justo* habetur. qem in legem, cujus violatæ reus agitur, nihil deliqisse comprobatur, is hoc ipso nomine justificatur. h. e. tanqam justus, absolvitur. *Deut*.25.1. *Prov*.17.*v*.15,26. *Esai*.5 23. sons autem & insons sunt ex eis oppositis, ὧν ὐδὲν ἀνὰ μέσον.

n.35 6. Hæc, qæ tanto molimine contenduntur.

duntur, ubi ad negotium primarium, qod controvertitur istic, fuerint applicata, nullius planè momenti esse deprehendentur, ad eam partem, qam susfulciendam suscepit Vir Cl. statuminandam. Ex lege siqidem divinâ, inter mortem & vitam, æternam utramq;, inter pœnam & præmium; (qanqam præmiorum qoq; alia est, qam pænarum, ratio) inter sontem & insontem; justum & injustum; (consentientibus ad unum orthodoxis universis) *neuter status* nullus datur.

L. L. *Dixeram porrò, utramq; illam perfectæ redemptionis nostræ partem a Christo præstitam esse: actibus puta, qoad causas & effectus, reverâ inter se distinctis; qantumvis cohærentibus. Ad ista,* Qis hoc unqam negavit? *Censor ait:* aut qis negaverit? *D. Piscator, inqam ego, cum Censore, id negavit hactenus, dum identitatem phrasium urgentes, actuum illorum diversitatem pernegant.*

Imo, *inqit ille,* qi illud præstitum concedit; *ut Christus nos à reatu mortis & maledictionis liberaverit*; idem hoc etiam consequentiæ necessariæ vi irrefragabili, concedat necesse est; *ut Christus nos in jus vitæ æternæ immiserit. Qodsi ergò vi consequentiæ necessariæ id concedendum fuerit: non utiq; vi consequentis necessarij, per phrasium æqipollentiam.*

*Et vi insuper consequentiæ, non absolutæ, sed conditionatæ, propter intentionem Dei & Christi perfectè nos beatificare volentis. cum sine hoc posteriore, illud prius naturâ*

*suâ*

*sua esse possit. neq; enim cui mortis reo, per Iudicis clementiam, vita indulta est; proptereà etiam honoris & gloriæ præmium assignandum est: nisi, propter aliam causam intercedentem, Iudex ita factum velit.*

n.20 Testimonia itaq; *Scripturæ non* frustrà hîc prostant, *ad minoris illius, sive assumptionis meæ, comprobationem: qippe ex qibus probari possit, actus hos esse reipsâ à se invicem diversos; atq; etiam rebus, sive actibus, diversis, à Christo præstitis atq; exhibitis, produci.*

n.36 1, Nec ipse, nec *Piscator*, unqam negavimus, aut negamus, Christum, & liberationem à mortis reatu, & jus vitæ æternæ nobis promeritum. (hoc enim tantùm ibi dico) qomodo autem id negemus, qi unum idemq; formulis istis designari, Viro Cl. ipso attestante, statuimus? Etenim si qod primo loco enunciatum est, Christi merito ascribimus; qod secundo, eodem illo comprehendi censemus; Christi merito utrumq; tribuamus necesse est. frustrà ergò ab identitate suppositâ res ipsa negata concluditur, cum inde potius affirmata multò fortius concludatur. T.G.

n.37 2. Cæterum ego istic non ab identitate ratiocinationem instituo; sed, qod & Vir Cl. agnoscit, à conseqentiæ necessariæ vi irrefragabili. Neq; inde æqipollentiam concludo. sed inde conseqi censeo; Christum, si morte suâ, à mortis reatu liberationem, eâdem jus vitæ necessariò meruisse: cum nec alterum sine altero consistere qeat; &.

& alterum ad alterum necessariò consequatur.

3. Qod negat V. Cl. vi consequentiæ absolutæ ad liberationem à morte jus vitæ consequi: negat vitam & mortem esse immediatè opposita. qod sensus ipse, non ratio sola, non sustinet.

4. Qod instat *de judice, qi etiamsi mortis reo vitam indulgeat, non tamen honoris & gloriæ præmium assignet*; qid hic faciat, non intelligo. Siqidem,

1. *Mortem condonando, vitam simul indulgeat*, necesse est. qod pro nobis omninò facit: imò hoc ipso, qod mortis pœnam condonat, vitæ beneficium indulget. ut idem planè actus phrasi utraq; designetur.

2. Ecqod *honoris aa dignitatis præmium* mortis reo debebatur, si insons innocensq; fuisset deprehensus?

3. De Justificatione, non de *condonatione* merâ agitur. Condonatio siqidem mera non est actio judiciaria. Siqis igitur criminis fuerit alicujus insimilatus, qod bonorum, honorum, dignitatum, vitæ jacturâ luendum fuerat; huic in judicio absoluto insontiq; comperto, ni cum vitâ unâ, facultates, dignitates, honores integri, vel relinqantur, vel restituantur; haud ex jure secum agi, meritò conqeri poterit.

5. Loca illa Scripturæ non probant, aut actus istos, *liberationem à mortis reatu, & jus vitæ procuratum*, actus esse diversos, aut actibus diversis à Christo præstitis produci. Et multo minus, *itaq;* (uti Vir Cl. concludit) hoc est, ob ea, qæ istic

istic præmissa sunt. cum nihil hîc allatum sit, qo probetur, hæc è locis illis necessariò consequi.

n.43 6. Concedo libens Viro Cl. etiamsi inter mortem & *vitam simpliciter*, ἐν τῷ δικλικῷ, medium non detur; dari tamen inter *vitam simpliciter* sumptam, & *vitam gloriosam*; inter eam, qâ fruebatur *Adam* in paradiso constitutus ante lapsum, fælicitatem; eamq; qâ in cœlis fruuntur, & fruentur æternum, οἱ τετελειωμένοι, beatitudinem: nec hanc, ad mortis reatum abolitum, conseqi necessariò.

n.44 Verum additum velim, nec justificationis ratione beatitudinem istam redemptis obtingere; cum justificatio satisfactionis interventu procurata, justificatum in eum duntaxat statum restituat, in qo ante delictum admissum extiterat; & in qo, absq; eo fuerat, æternum perstitisset. Sed & hunc gloriæ cumulum, dignitati primævæ superadditum; qem adoptionis, non justificationis ratione conseqimur; Christi itidem morte & perpessionibus existimo conqsitum. nec aliud qicqam ex locis illis elicitur.

n.21 *Negaverat* D. Piscator *in loco*, Rom. 5. v. 19. *obedientiam Christi accipiendam esse illam, qam præstitit legi; sed qam præstitit speciali mandato Patris, de patiendo ac moriendo pro electis. Ab hoc divortium facturus Censor*, Mandatum Patris, *inqit*, generalius videtur, *&c. Hucq; etiam accersit meum ipsius testimonium Theol. Christ.* l. 1. *de statu humiliationis Christi*, &c. Testi-

T.G. Testimonium Viri Cl. à me adductum, cum loco alieno ante positum fuisset, suo jam restitui. Ibi de eo habeas, *super. de Sect. 1.* *L L.* n. 7. T.G. n. 18, 19.

De Sect. 3.

*M. Lud Lucij Vindiciæ.*

L.L. *Agnòscit hic Censor, contra D.* Piscatorem, *discrimen inter* justificationem *&* remissionem: *easq;* planè non esse idem *exinde probat*; qoniam subjecto ista non raró differant. *qæ cum cæteris plusculis, qæ pro hâc sententiâ disseruntur, D.* Piscatori *ejusq; seqacibus pensitanda relinqo.*

Sed, *contra me*, neq; duo ista differunt, *inqit*, ut integrum & pars; cum potius remissio sit justificationis efficacis consequens necessarium; ubi satisfactione prius datâ acceptâq; qod admissum fuerat, est compensatum. *Ex qâ probatione liqet; Censorem uti æqivocatione in voce* Justificationis: *qam ipse pro solo actu absolutionis à reatu accipit; qam remissio peccatorum consequatur. Ego verò per Iustificationem, cum Apostolo,* Rom. 4 v. 7, 8, 9. *totum actum beatificationis intelligo; remissione, seu non-imputatione peccatorum, & imputatione justitiæ, constantem.*

Tho: Gatakeri *Responsio.*

T.G. 1. In *Iustificationis* vocabulo, qod apud Apostolum forense esse, nostri omnes consentiunt, nullâ ego utor *æqivocatione.* in eo duntaxat accipio significatu, qo

qo in literis sacris passim usurpatur. *Deut.* 25.1. *Psal.* 82.3. *Prov.* 17. 15. *Esa.* 5.23.

2. At sensum eum, qem Apostolo tribuit Vir Cl. nec cum usu vocabuli alibi adhibiti convenit; nec ex verbis Apostoli erui potest.

n.3. *Beatificationis* appellatione Apostolus, nec ibi, nec alibi uspiam, *Iustificationem* designat. Iustificato tantum vel condonato etiam, μακαρισμὸν tribuit.

n.4. 4. Tam potest qis ex Psaltæ verbis, qæ Apostolus adduxit, probare, *totum beatificationis actum* ( ut cum viro Cl. loqamur) *remissione*, sive *non imputatione peccatorum*, constare; qam, ex Apostoli dictis, *Iustificationis* nomine eundem totum comprehendi.

n.3. Poterat Apostolus, *ait porrò Censor*, ab æqipollentiâ phrasium argumentari; ut non peteret tamen, qod in principio erat dubium. *Imò verò, non poterat. Siqidem is, qi à phrasium æqipollentiâ argumentatur, idem per idem probare instituit. Ejusdem autem per idem probatio, est primus, isqe maximè puerilis, modus principij petitionis.* L.I.

n.4. Ambigebatur *sanè, inter Apostolum, ejusq; adversarios Pseudapostolos,* hoc duntaxat; Abrahamus & fideles reliqi ex operibusne proprijs, an ex merâ Dei per Christum gratiâ, & in Christum fide, à peccatorum reatu absolverentur; *& justitiæ imputatione donarentur*, & justificarentur coram Deo? Scopus

igi-

*igitur disputationis* Apostoli hic est; ut ostendat beatitudinem hominis consistere, non in perfectione justitiæ, vel cordis, vel operis, qâ legi divinæ omni ex parte respondeat; sed in hoc, qod peccata, qorum reus fuerit, ad reatum non imputentur; *& contrà, justitiam, qâ ipse destituebatur, ad præmium salutis æternæ imputetur.* Eum autem, cujus beatitudo in hoc consistit; nihil habere in se, de qo apud Deum glorietur. *Ecqid autem istud ad Rhombum qæstionis, de qâ inter Me & D. P. ambigitur: an videlicet* remitere peccata & imputare justitiam, *apud Apostolum sint phrases æqipollentes, idem per omnia significantes?* n.5

T.G. Ista cum tantâ vehementiâ fundit Vir Cl. affectus æstu nimio abreptus, non advertit satis, in qo argumentandi modo versetur Apostolus. Davidem testem accersit, ab authoritate, non ab æqipollentia (dato ἰσοδυναμεῖν duo illa) vis pendet argumenti. illum mecum sentire probo, qem ostendo eandem mecum sententiam, vocibus licet alijs, æqipollentibus tamen, protulisse. Itaq; poterat Apostolus ab æqipollentia phrasium, à vate sancto seq; usupatarum, argumentari, ut tamen neq; *pueriliter idem per idem probaret*; & multo minus *id peteret, qod in principio* controversum fuerat. id autem qidnam foret, verbis pauculis proximè subjectis indicavi. n.7.

His autem Vir Cl. cum non sua tantum nonnulla, sed ex animadversione n.8.

alii

alia mea, nec ea huic etiam proximi, (cum suis denuò interjectis) laciniam bene longam attexuisset; quærit, *Ecqid ista ad rhombum qæstionis?* qę tamen si suo loco, qo & in schedis tam meis, qam & suis habuerat, non movisset; animadvertere poterat, qàm ad disceptationis institutæ rhombum faciant.

L. L.

n.5. De Argumento ab imparium collatione deducto, *ait Censor,* ne tenue qidem in contextu vestigium comparet: *Nempe, si externum verborum corticem respicias. Sin res ipsas verbis significatas attendas, & inter se conferas: qis sanus negaverit, beatificatione privativâ, per non imputationem peccatorum, potiorem censendam esse positivam beatificationem, per justitiæ imputationem.*

T. G.

n.7. Certe *per corticem verborum* ad res significatas iter est: nec nisi per illum ad istas pertingitur. mihi vero corticem illum, qam diligentissimè potis sum, rimanti ruspantiq;, beatificationis duplicis istius, nec vola comparet usqam, nec vestigium. simplicis vestigia se produnt manifesta. *Sicut David,* inqit, *loqitur μακαρισμὸν hominis, cui Deus justitiam imputat absq; operibus: Beati qorum iniqitates remissæ sunt,* &c. Tum, μακαρισμὸς οὗτος, *Beatificatio ista,* &c. ecqa autem *ista,* nisi qam prius ex vate sancto descripserat?

n.8. Cæterum de loci analysi sensuq;, ulterius dicendi deinceps occasio dabitur.

Inte-

Interim qis *sanus* (ut Viri Cl. formula utar) eam credat esse Apostoli ratiocinationem, cujus in contextu (is est enim *verborum cortex*, Viro Cl ipso assentiente) ne tenue qidem *vestigium comparet*?

L. L. Apostolus, imputationem justitiæ, & non imputationem peccati, pro iisdem ferè habere, *Censori videtur*. Cum tamen nec definiat justitiam, aut justificationem, remissione peccatorum: nec de justificationis ipsius, vel definitione præcisa vel de partibus ejusdem ex *professo* differat. *Et rectè* præsumpsisse videtur Apostolus, justificationis significationem esse satis per se notam. Cum nullo alio sensu justificandi verbum usurpet, qam qo vulgo adhiberi solet, qum τῷ הצדיק Hebræorum respondet: *nempe, non partialiter & synecdochicè tantum, sed & integraliter & propriè, pro abjudicatione mali, & adjudicatione boni, simul: qem actum integralem τῦ μακαρισμῦ appellatione designavit; ac duobus partialibus actibus, remissionis peccatorum, & imputationis justitiæ, circumscripsit.*

T.G. Ex hac animadversione excerpta est lacinia illa, qam superiori Vir Cl nescio qo consilio infersit.

Istius reprehensionem qod attinet.

1. Hebræorum הצדיק cui τὸ δικαιοῦν apud Apostolum respondet, est propriè simpliciterq loqendo, à noxæ culpæve, sive omissi ea, sive admissi fuerit, reatu immunem, vel defendere, vel

vel censere; & qidem ex advocati persona, tanqam insontem apologiâ institutâ defendunt; ex Judicis parte, insontem sententiâ latâ censere. qod cum loca superius adducta disertè docent, ususq; probat familiaris; tum ex huic oppositis etiam adhuc amplius firmatur. Siqidem justificationi nunc accusatio, sive criminatio, *Rom.* 8. 33. ex *Esaiæ*. 50. 8. qod est actoris; nunc improbatio, (hoc est enim propriè τὸ הרשיע improbare, ut rectè *Junius* vertit; *Deut.* 25. 1. sive justitiam tollere & abjudicare, ut *Esaias* loquitur, *cap.* 5. *v.* 23.) qod est Judicis, qi & patroni partes agere qadantenus, non immeritò censetur, cum reum crimini ac objecto impium pronunciat.

Nam qæ de *abjudicatione mali, & adjudicatione boni* Vir Cl. adfert, laxa sunt nimis; nec, si pœnam præmiumq; spectant, sunt justificationis, aut partes, aut consectaria; sed effecta. ideò enim pœna abjudicatur, & premium (si qod tamen in his locum habeat) adjudicatur; qia justificatus, h. e. insons compertus ac pronunciatus, est reus.

*Synecdoche* nescio qâ istic nihil est opus, cum ad rei à mortis reatu liberationem, jus vitæ necessariò conseqatur; nec actu novo ullo opus sit, qo mortis reatu liberum ubi pronunciaverit Judex, eundem ulterius vitæ jus habere pronunciet: nisi siqis Synecdochen subesse dixerit, qod *Lazarum* Christus dicitur à mortuis suscitasse, *Johannis* 12. *v.* 9.

*partialitèr* enim dictum, non *integraliter*; (ut Vir Cl. loquitur) subintelligendumq; vivis etiam reddidisse, sive in viventium statum restituisse: *neq; enim unum eundemq; actum*, duo isthæc *designare*, *cum circa diversa* scil. *objecta versentur.* Sed & pari ratione synecdochicam esse locutionem, qâ vitam qis alicui sustulisse, aut qâ neci dedisse dicitur: Siquidem, ut dictio plena sit, (cum actus diversi isti sint, utpote qæ circum diversa versentur objecta) dicendum fuisset, vitam sustulisse neciq; dedisse. cum nemo qisqam (opinor) figmento istiusmodi non pertinaciter addictus, non agnoverit unius ejusdemq; rei, τοῦ occidere *scil.* periphrasin, phrasi utraqz designari.

3. Qod *remissionem peccatorum & imputationem justitiæ, justificationis partes* esse, statuit; id verò neutiqam consistere potest.

Etenim, primò justificationis cujusq; univocè sumptæ una eademq; planè ubiq; est ratio. atqi justificatio vera propriéq; sic dicta esse potest, ubi nulla est omninò peccati alicujus remissio. V. gr. ubi Judicibus præcipitur, oppressum justificent, *Psal.* 82. 3. numqid peccatorum veniam eis indulgere jubetur? nemo dixerit.

2. *Justitiæ imputatio*, sive *adjudicatio*, ipsa est justificatio; & ad absolutionem a reatu (ut non dicam, idem esse; ne litem priorem denuò resuscitem; licet reverâ existat) necessariò saltem conseqitur, *Deut.* 25. 1. *Justum justificant*, qid

qid est aliud, qâm, (qod ex eandem tollendi formulâ suprà dictâ liqet) justitiam ei tribuere? hoc autem rursus, qid aliud qam reatu absolutum censere? aut qid aliud voce istâ *Moses* eo loci voluit?

n.14 4. Μακαρισμȣ̃ *appellatione, justificationem, qæ partibus duabus istis consistat, designare Apostolum,* nec probatur, cum probatione tamen cumprimis indigeat; nec ita sumi Apostoli verba, patitur series dictionis.

Nam 1. *μακαρισμȣ̃* (qod & supra monitum, *appellatione justificationem non designat*; sed *μακαρισμὸν* justificato tribuit. aliud est autem justificato, vel etiam justificationi, *μακαρισμὸν* tribuere, aliud *μακαρισμȣ̃* appellatione justificationem designare.

n.15 2 Nec *μακαρισμὸν* istum, sive *justificationem, duobus partialibus actibus* (ut Vir Cl. loqitur) *circumscribit.* sed *justitiæ imputationem* & *peccati non imputationem* in justificato, vel pro eisdem, vel pro necessariò connexis saltem habet Sic enim disertis verbis Apostolus: *David,* inqit, *beatum hominis statum prædicans, cui Deus justitiam absq; operibus imputat, sic fatur; Beati qorum sunt iniqitates remissæ, obtecta peccata. Beatus vir, cui Dominus peccatum non imputat.* an non apertè satis indicat, qod de justitiæ imputatione ipse dixerat, vatis sancti testimonio, de peccato non imputato, comprobari? nam qod de remisso Vates idem dixerat; illam, de operibus à justificatione

exclusis, clausulam confirmat. cui enim qod remittatur, peccatum est; peccator esse deprehenditur. peccatorem verò ex operibus suis justificari, jus fasq; prohibent.

Animum autem intendat hîc velim n.1 Vir Cl. qia de loco isto toties hinc inde disceptatur. Si qis ita ratiocinationem instituat, qo τοῦ ἀσεβοῦς μακαρισμὸν ex sacrîs literis assereret. *Viri pij μακαρισμὸν* n.2 *prædicat Psaltes dicendo*, Psal. 128. 1. *Beatus, vir qisq; timens Dei.* numqid inde concludi posset, aût μακαρισμοῦ appellatione τὴν εὐσέβειαν ab illo designari; aut eandem partibus, duabus integralibus, pietate nempe ac timore Dei, circumscribere? Certè gemina est planè Viri Cl. argumentatio, si ex Apostoli verbis, ea qæ hic affirmantur, concludit.

De Sect. 4.
M *Lud. Lucij Vindiciæ.*

L.L. *Posthæc legis sanctionem disjunctivam* n. *(cui renunciaverat D* Piscator*) iterum inculcat Censor, inqiens;* lex certe non utrumq;, sed alterutrum tantùm exigit. *Et qare? obsecro. Respondet per discretionem:* Nam, etsi qoad præceptionem n.3 sit copulativa; Amato Deum; sed & proximum: qoad sanctionem tamen est disjunctiva; Aut feceris istud; aut moriaris. *Fateor eqidem, omnia legis præcepta, tam mandatoria, qam prohibitoria, copulativo sensu accipienda esse: ita ut, qi unicum illorum violaverit, omnium reus evadat,* Jac. 2. v. 10. *At qoad sanctionem*

*ctionem obedientiæ & pœnæ, dico, illam disjunctivam esse ante transgressionem illius*; Aut obedito; aut pœnam inobedientiæ luito. *Verum post transgressionem, eadem fit copulativa:* Et inobedientiæ pœnam luito; & à pœnâ superstes factus, denuò obedito. *Id, qod etiam praxi & æqitati legum politicarum humanarum examussim congruit.*

n.2. *Nihilominùs, ex illâ suâ disjunctivâ, argumentum sic instituit Censor.* Qi alterius vice legem ab illo violatam observaverit, non necesse habet, etiam ejusdem vice legis violatæ pœnas dare: prout nec ipsum, si legem observasset, pœnas luere necesse fuit. *Verum fallit Propositio ista, elencho μὴ παρὰ τοῦτο. neq; enim legis observatio, propria, aut vicaria, est ejusdem transgressæ expiatoria; ut propterea qis non teneatur legis violatæ pœnas dare: sed est duntaxat obedientiæ præstandæ satisfactoria, ad bonum obedienti promissum obtinendum.* Christus ergò, ut maximè legem, à nobis violatam, nostrâ vice iterum impleverit; necesse tamen habuit, pro nobis pœnas sustinere, *ad nos à reatu transgressionis liberandum.*

n.3. *Ac verè* satisfacit *ista* responsio *illi argumento.* Namq; & ad obedientiam homo etiam post lapsum tenebatur; & pro inobedientiâ & delictis satisfacere necesse habuit: *Ideoq;* opus fuit, ut, qi pro istis satisfecerat, obedientiam insuper vicariam adjiceret.

*Attamen hic me rursum in partes suas advocat Censor: qod Theol. Christ.* l. 1. p. 61.

p.61. *scripserim*; Christum, suâ justitiæ impletione culpam peccatorum nostrorum compensavisse. *Non utiq; compensatione satisfactoriâ pro culpâ; sed substitutoriâ, in culpæ locum beneficij justitiæ; cujus merito vitæ æternæ hæredes censeremur.* At culpâ *sic* compensatâ, opus adhuc erat, ut pro eadem ulterius pœnas pro nobis sustineret Christus. Ubi enim *talis* culpæ compensatio *non* præcessit, culpa penitus *non* abo- letur.

Tho: Gatakeri *Responsio.*

T.G. 1. Ego vero *hominem lapsum*, nec pœnæ tantum superstitem, verum sub pœnâ etiam constitutum, *ad obedientiam teneri*, ultrò agnosco. nec tamen causæ meæ hoc qicqam officit; qum is pro cujus delictis satisfactum est, pari loco habeatur, ac si nunqam deliqisset. n.3

2. Qæ adversus Propositionem meam adfert Vir Cl. (nam de *Elenchis* nescio qibus qæ infercit toties, qanti faciam, supra dixeram) nullius sunt momenti.

1. Qod negat, *legis observationem vicariam* (siqidem propriè hic locus non est, cum nulla detur non debita) *esse ejusdem transgressæ expiatoriam*; & rationi ipsi omninò adversatur. cum enim pœna nisi ex obedientiâ non præstitâ non debeatur, an non ex eadem præstitâ jure merito jam nulla debebitur? Finge hominem, ni certam pe- cuniæ

cuniæ summam ad diem præstitutum repræsentaverit, carceribus, qoad vixerit, emancipandum; pro isto, cum fefellerit, in custodiam jam misso, si postridie diei illius summam eandem qis dependerit, numqid æqitas patitur, non dimitti hominem, nisi is, qi causam ejus suam jam fecit, carceribus insuper includendum, qoad vixerit, sese dederit? Et *Viri Cl.* (qæ bonâ fide; qod nec ipse diffitetur, adduxi) verba ipsa reclamant. nam distinctionem, qam, qo temere extricet, comminiscitur, de *compensatione satisfactoriâ* & *substitutoriâ*, eis relinqo, qi subtilitates istas callent: ingenium ego meum hebetius agnosco, qam ut in eas penetrare altiùs qeat. compensationem certè justam nullam, qæ satisfactoria non sit, vel cogitatione concipere, aut percipere, possum.

n.3. 2. *Qod legis observationem*, ait, *non esse transgressâ expiatoriam, sed duntaxat obedientiæ præstandæ satisfactoriam, ad bonum obedienti promissum obtinendum*: idem esse mihi videtur, ac si qis alicui dicat; hoc vel illo facto, jus qidem vitæ (hoc est enim, opinor, inter bona promissa) tibi acqiritur; verum à mortis reatu pænâq; liberatio neqaqam comparatur: vel (si placuerit, in eâ ipsâ, qâ de agitur, caussâ instare) Christi qidem obedientiâ pro te præstitâ, gloriam cœlestem consequi datur; verum ab igni gehennali liberatio, eâ neutiqam conceditur.

De Sect. 5.
M. Lud. Lucij Vindiciæ.

L. L. *Dictat iterum Censor:* Certe seqi, non nos ex vi legis divinæ, ad obedientiam Deo præstandam, amplius obligari, si operâ vicariâ eam pro nobis Christus præstiterit. *nempe isto fine: ut ipsimet legem præstando, premium vitæ æternæ obtineamus. num autem, hoc solo nostræ obedientiæ fine secluso, nullus alius superest, ob qem ad obediendum Deo obligemur? ne qidem, ut Deo gratitudinem nostram, pro redemptionis beneficio, approbemus?*

*Finem certè alium, qo teneri nos ad* obedientiam *dixi,* qo imago Dei in nobis renovetur, *superciliosè rejicit, tanqam* ad rem ipsam nihil pertinentem. Cur autem? *qæso. Num, qia à* renovatione illa provenit potius obedientia, qam ab obedientiâ renovatio; *ad positum istorum unum, destruendum venit alterum?*

*Imò* absurdum planè *nostræ sententiæ affingit; ac si* Deus jus obedientiam à creaturâ debitam exigendi, amisisset ex Christi satisfactione; aut homo ab officio Creatori debito, redemptionis per Christum partæ virtute, exemptus esset. Qod tamen *neqaqam, nedum necessariò,* inde conseqitur: *sed inani Dol., à dicto secundum qid, sophismate nititur: qasi, qia, propter Christi pro nobis præstitam obedientiam, jus vitæ æternæ recuperavimus; nullo alio fine,*

*ne, amplius ad obediendum Deo tenere-mur.*

n.4. Obedire *Deo* simpliciter naturæ jus exigit, *nec tamen propterea*, obedire ad vitam æternam, *non qidem proprijs operibus* promerendam; (qis enim vitam æternam *sic*, propriè loqendo, à Deo promeruerit?) *sed fiduciâ meriti Christi, ac promissi divini consequendam*; (*hoc enim est, obedientiâ exhibitâ vitam conseqi ex divinâ beneficentiâ*) est planè mercenarium & mandato minus, nec vicio prorsus immune. *Istud enim esset*, obedientiam eo fine *duntaxat* exhibere, *ut per teipsum* vitam possis, vel promereri, vel conseqi: *contra qam* Paulus, Philip. 3. v. 14. & Petrus, 1 Ep. c. 1. v. 8, 9.

## Tho: Gatakeri *Responsio*.

n.1. Missis *dictandi, censendi, supercilij* voculis odiosis. Neqꝫ enim, aut ego magis in Virum Cl. dictatoris Censorisve partes arripio mihi, qam in Cargium *Piscatoremve* ille: & superciliosa dictio, utri nostrum competat magis, lectori cuivis ausim dijudicandum deferre. nam *fallaciarum* ac *sophismatum* nuda nomina, ad qæ toties repetita aures jam obsurduere, nihil moror. Qæ hoc loco, non tanqam e cathedrâ *dicto*; sed tanqam Veritatis, Rationisqꝫ, qibus me in disciplinam totum datum vellim, enunciata, propono, à viro Cl. nondum convulsa video. T.G.

n.2. 1. Neqꝫ enim repugnat ei, qod dixeram,

eram, vi legis non teneri nos ad obedientiam, si eam operâ vicariâ pro nobis Christus præstiterit; etiamsi aliqâ ratione aliâ, deberi eam concedatur.

Nam de obedientiâ, qam ad imaginis divinæ renovationem præstare teneamur; qod obiter animadverti, licet parum commodè à viro Cl. id dictum ostendat; siqid detur tamen, planè eodem recidit; qantum ad propositionem meam, de eâdem vi legis debitâ, infringendam infirmandamve attinet. n.3 n.7

2. Absurdum illud, qod dixi, *non sententiæ vestræ affingo*; sed ab eâ necessariò conseqi affirmo. Et conseqitur omninò. Si enim Christus legi obedientiam pro nobis operâ vicariâ præstitit, seqitur nos ab obedientiâ eâ ratione præstandâ immunes factos, qâ id in lege exigebatur. Est enim rationi vel maximè consentaneum, ut à debiti vinculo, qo ante constrictus tenebatur qis, liber existat; post qam id à sponsore suo est vice ipsius exolutum. n.

Proinde frustranea sunt, qæ Vir Cl inculcat, de hoc vel illo *fine* obedientiæ præstandæ. neq; enim, si novum vinculum post accesserit, id priori non exolutum probat. n. n.1

3. Qod asserit, *non teneri nos ad obedientiam eo fine præstandam, ut vitam æternam eâ promereamur*; ad rem ipsam nihil facit. qia nec lex hâc ratione duntaxat obedientiam à nobis exigebat; sed simpliciter, tanqam officium n.

à

à creaturâ rationali Creatori suo debitum. à qo hac ratione præstando fideles exolutos constabit; si perfectam eorum vice obedientiam, ea ratione Christus præstiterit, qâ à lege illa exigebatur.

n.3. n.7 4. Qod distinguit, *de obedientiâ præstandâ, ad vitam conseqendam, vel operibus propriis, vel fiduciâ meriti Christi ac promissi divini*; tam hoc, qam illud, si nihil aliud spectetur, est pariter mercenarium. qum non minus homo nondum lapsus, operibus propriis, sed ex merâ tamen divinâ beneficentiâ, qam lapsus, Christi merito, undecunq; id emanet, vitam æternam obtinere potuisset. mercedis autem intuitu solo, sive ipso operante, sive altero vicem ipsius obeunte, conseqendæ, qod est officij simpliciter debiti, præstare; utrumq; ex æqo mercenarium est.

## De Sect. 6.

### *M. Lud. Lucij Vindiciæ.*

n.1. *Fatetur hic Censor*, non evinci ex loco *Hebr.* 9. 15. ad remissionem peccatorum, necessariò conseqi hæreditatis æternæ aditionem. *de qo D. Piscator cum suis viderint. Neq; tamen etiam ex eodem loco* probatur, tantum morte Christi, *seclusoipsius obedientiæ activæ merito*, tam adoptionem, qam redemptionem, sive remissionem peccatorum, & justificationem, gloriamq; cœlestem; qin & fidem etiam ipsam, & regene- L.L.

rationem, comparatam ac meritam fuisse. *Id qod Censor istic affirmare videtur.*

## Tho. Gatakeri *Responsio.*

T.G. 1. Probant verba Apostoli, (qod nec Vir Cl ipse audet diffiteri) morte Christi comparata ista. atq; hoc ad id, qod ego hic affirmo, confirmandum sufficit. *de obedientiâ activâ* paria producendi, ipsi cum suis negotium incumbit. n.

2. Hæc autem cum morte Christi (solâ necne, nihil dico; illud *tantùm* de suo meis Vir Cl. infersit) comparata non neget; id concedere videtur, qod tamen passim impugnat, cum contendit scil, liberationem tantùm à peccati reatu, non & jus vitæ æternæ, nedum ut gloriæ coelestis, Christi morte nobis obvenire.

E.I. Pœnæ perpessionem reverâ non esse causam præmij, *etiam profitetur Censor: at illam à satisfactione distinguit; utiq, ut specialius à suo generaliori. Est enim etiam satisfactio officij reqisiti ad promissum præmium acqirendum.* Sicut *igitur* satisfactio pro delicto, plenariè exhibita, culpam penitus extinguit, & pœnæ meritum omninò tollit: *ita satisfactio pro officio plenariè exhibita, debitum illius plenè exhaurit; & præmij meritum ex pacto & promisso infert.* n.1.

*Qod* si cujus pœnæ pars fuerit, privatio boni alicujus *moralis*; jus ad bonum illud, non satisfactio illa, *qæ est* n.3.

pæ-

*pœnæ perpessio, rursum* confert; *sed officij præstatio, cui bonum illud promissum fuit, ad id reqiritur. Qin nec* pœna illa integrè tollitur; *sed continuè durat, donec* bonum illud, *per officij satisfactionem, restituatur.*

n.4. *Sic igitur etiam* perpessio *&* *mors* Christi, *qâ talis, solius* pœnæ satisfactionis vim obtinet. *Cum qâ pœnâ qia vitæ æternæ & salutis privatio conjuncta erat: jus ad illam nobis restitui, nec poterat, nec debebat; nisi per plenariam legi divinæ pro nobis præstitam obedientiam.*

n.5. *Sicq;* justificatio nostri, tum ab Evangelio, tum & à lege, pendet. à lege, qatenus eidem satisfit, tam pro delictis adversus eam admissis, *qam pro obedientiâ ab eâ postulatâ.* ab Evangelio; qatenus satisfactio *utraq;*, non à nobis, sed à Christo vicariâ operâ pro nobis exhibetur.

n.3. 1. Pœnæ perpessionem, qâ ejusmodi, à satisfactione distinguo. verum non *tanqam specialius à generaliore*; sed tanqam ea qæ ratione sunt à se invicem distincta. Neq; enim pœnâ subeundâ semper satisfit: & sine pœnâ ullâ satis potest fieri, fitque etiam sæpenumero. T.G.

n.4. 2. Qod distinguit Vir Cl. inter *satisfactionem pœnæ & satisfactionem officij.* neutram ego distinctionis partem satis capio. Si satisfactionem pœnę intelligit; satisfactionem pro pœnâ; sicut satisfactionem officij, satisfactionem pro officio, postmodum exponit: ut mem-

brum

brum membro sit ἀνάλογον. pro culpâ sive noxâ, propriè loqendo, satis fieri solet; non autem pro pœnâ. licet satisfactio pro culpâ exhibita, non pœnam tantùm, sed & pœnæ meritum tollat. Qin & pro officio qo modo satis fieri dicatur, non intelligo. aut enim pro præstito, aut pro non præstito. Pro præstito ecqid opus? cum sit præstito satisfactum prius. Sin pro non præstito; tum pro delicto. Ecqid enim est aliud officium non præstitum? distinctio itaqȝ non commoda satis videtur. nec qæ ad Viri Cl. causam qicqam conducat.

3. Si *satisfactio pro officio* (ut cum Viro Cl. suo sermone loqamur) *debitum officij illius*, pro qo eâ satisfit, *penitus exhaurit*: Certe satisfactio officij nostri Deo debiti per Christum præstita, debitum officij illius penitus exhauserit. ubi autem officij debitum penitus exhauritur, cesset oportet vinculum qo ad officium illud prius obligabamur. ita admittit hic & introducit ipse Vir. Cl. qod superiùs paulo, tanto molimine, à se amoliri nitebatur; per Christi scil. obedientiam, obedientiæ à nobis præstandæ debitum penitus exhauriri.

4. Ad argumentum, qo probo, satisfactione plenariâ pro delicto exhibitâ, ubi boni alicujus, (qodcunqȝ vel qualecunqȝ tandem illud fuerit: nam qod bonum *morale* Vir Cl. loqitur; qid restrictio illa velit, non intelligo) privatio, pars est pœnæ, jus ad bonum illud

lud dari; nihil qicqam respondet Vir Cl. Suis qibusdam interfitis, (qæ qalia sint, aliorum judicium esto) reci-tat tantummodô. Ego itaq; in formam justam redactum sic denuò propono.

Ubi pœna delicto debita integra tollitur, ibi bonum, qo ob delictum privabatur reus, sive delinqens, restituitur.

At ubi satisfactio plenaria pro delicto est exhibita & accepta, ibi pœna delicto debita integra tollitur.

Ergo ubi satisfactio plenaria pro delicto exhibita acceptaq; fuerit, ibi bonum, qo ob delictum reus, sive delinqens, privabatur, restituitur.

Propositio per se patet. Siqis tamen negare sustinuerit, sic poterit probari.

Si boni privatio est pœnæ pars; pœna integra non tollitur, nisi bonum illud restituatur;

At boni privatio, pars est pœnæ.

Ergo pœna integra non tollitur, nisi bonum illud restituatur.

Propositio clara est. qia integrum non est, ubi pars aliqa desit. Nec assumptio minùs; qum tam pœna damni, qam sensus, pœna sit. Sed & boni privatio præsumitur esse pars pœnæ.

Syllogismi primarij Assumptionem, etsi non minùs sit ex se perspicua, sic confirmo.

Ubi pœnæ meritum omne extinguitur; ibi pœna delicto debita integra tollitur.

At

At ubi satisfactio plenaria pro delicto, est exhibita & accepta; ibi pœnæ meritum omne extinguitur.

Ergo ubi satisfactio plenaria pro delicto, est exhibita & accepta; ibi pœna delicto debita integra tollitur.

De propositione ecqis ambigere possit? nisi siqis pœnam immerenti velit debitam contendere. Sed nec de assumptione qenqam litem moturum existimo. qî enim fieri potest, ut compensatio pro delicto justa plenaq; sive à delinqente ipso facta, sive vice delinqentis ab altero exhibita, pœnæ meritum omne non extinguat? Nullam certè ex propositionibus istis, aut negat simpliciter aut oppugnat Vir Cl. ea tantum suggerit & insulcit subinde, qibus τὰ ἐν ἀρχῇ petuntur; eis, qibus respondendum fuerat, insuper habitis. n. 1.

De Sect. 7.

*M. Lud. Lucij Vindiciæ.*

[L.L. Tenebatur Christus, *inqit Censor*, qà creatura rationalis, ad Deum diligendum eiq; per omnia obediendum. *At non tenebatur, inqam ego, pro se ipso; prout Angeli, & homines reliqi, tenentur, tanqam meræ creaturæ. Cum ipse ut filius Dei incarnatus, etiam qà homo, Dominus legis fuerit. Mat.* 12. v. 8. *ideoq; ad subjectionem legis, non magis pro se ipso tenebatur; qam* ad ea servitia & ministeria hominibus exhibenda, n. 1. n. 2.

quæ in terris agens exhibuit; aut ad ea in se admittenda, quæ ex naturæ jure non promanabant; puta Baptismum suscipiendum, & circumcisionem perpetiendam, &c. *ad quæ omnia minimè tenebatur*, nisi ex pacto speciali, quâ Mediator Dei & hominum *factus*, 1 *Tim.* 2. *v.* 5, 6. *Et adhuc specialiùs*, quâ circumcisionis Minister, *Roman.* 15. *ver.* 8.

THO. GATAKERI *Responsio.*

n.1. 1. Si ad Deum diligendum eidemq; parendum, tenetur creatura omnis rationalis, tum & Christus quâ talis. Etsi enim natura Christi humana in eandem cum Deo sit personam assumpta, non desinit tamen esse creatura rationalis. Certè ad integritatem Christi hominis pertinet perfectè sanctum justumqe esse, qod Sect. 1. n. 6. supra Vir Cl. concesserat: pertinet & Deum diligere eidemque parere; sine quibus sancta justaque esse nequit creatura rationalis. T.G.

n.2. 2. Inane namq; suffugium est, qod Vir Cl. *non pro se, prout Angeli, tanqam meræ creaturæ.* neq; enim ideò minus pro se Angeli, prout homines, qia illi tanqam Spiritus meri. Sed nec Christi humanitas est minùs vera meraq; etiam creatura, aut Christus qâ homo, qam homo qilibet; etiamsi Christus merus homo, aut creatura mera non existat. Personæ siqidem nomen est Christus non naturæ.

3. Qod

3. Qod *legis Dominus, filius hominis* n.3.
dicitur, (ut de qâ lege sit dictum, impræsentiarum nihil dicam) eâdem potest intelligi dictum ἰδιωμάτων κοινωνίᾳ, qâ filius hominis, cum in terris adhuc, qâ homo, ageret, in cœlis dicitur constitutus, *Ioan.* 3. 13.

4. Ne autem me δόγμα ἴδιόν τι isthic tenere, arguat Vir Cl. habeat, (omissis qos producere freqentes haud difficile foret, reliqis) testimonium Synodi nationalis Gallicanæ, Rupellæ habitæ, anno 1607. testimonium. Hujus nomine in epistolâ ad D. Piscatorem datâ agnoscitur; *obedientiam vitæ Christi esse debitam Deo jure creationis, qatenus Christus homo est.* Et, *Christum debere obedientiam legi, qæ est obedientia vitæ, ratione humanæ naturæ.* n.4

D.T.

E.L. Ad Gal. 4 v. 5. de Ceremoniarum observatione agere videtur Apostolus *Censori*; qibus sponte Christus se subjecerat. *At verò videtur tantùm; & qidem falsò videtur. Secus Iudæos solos, qi legi ceremoniali subjecti erant; non item Gentiles qoq; redemisset Christus, illisq; adoptionem impetrasset, v.* 5. n.1.

T.G. *Falsò videri*; fidenter satis Vir Cl. n.9
nec supercilium tamen conqeror. sed *falsò videri*, qod tam fidenter pronunciat, infirmissimè confirmat. neq; enim seqitur hinc, *Iudæos solos, non & gentes, à Christo redemptos*; etiamsi illorum duntaxat redemptorum Apostolus eo loci meminisset. Sed de loco ipso, Sect. 2. n. 14, 15. superius est dictum; & infra de-

dennò videbitur.

3. *Ait*, Christum imò redemisse nos e- L.L.
tiam ab observatione rituum eorum,
de qibus Apostolus eo loci egerat *At-
qi Apostolus eo loci de rituum observa-
tione nihil: nedum ut eò* Apostoli ser-
mo eo in loco collimet: *nisi fortè id
per accidens, Iudæorum respectu, inde qis
deducere velit. Num verò nos sumus
Iudei, qi soli subjecti rituum legi e-
rant?*

6, 1. Redemisse nos Christum à rituum T.G.
conscientiâ atq; observatione, etiamsi
*Iudei* neutiqam *simus*, haud incommo-
dè dicitur. qum nec Iudei nati duntax-
at, sed & proselyti, eis astringerentur,
qamdiu rituum lex vigebat: Et Galatas
qi *Iudei* tamen non erant, ab hoc ju-
go per Christum liberatos affirmet A-
postolus ipse, in eadem epist. c.5 v.1,2.
Certè Chhristianos qoq; obstrinxissent,
nisi morte sua legem illam Christus anti-
qasset, *Col.* 2.14.

7. 2. Qi Apostolum negat de ritibus
eo loci egisse; is *mundi rudimentorum*
nomine neget ritus intelligi, verbis A-
postoli versiculo tantum unico inter-
jecto distinctis. qi Apostoli sermonem
eò collimare; idem adversus circum- D.T
cisionem ritusq; Mosaicos in Ecclesias
Christianas, & Galaticam nominatim,
introducentes, ex professo disputare A-
postolum, inficias iverit. Mirarer sanè po-
tuisse talia viro tanto excidere, in com-
motiorem ista scripsisse passim proderet.

De

## De Sect. 8.

### M. Lud. Lucij Vindiciæ.

L.L. Peccati remissionem & justitiæ imputationem, non esse eadem plane, certissimum est, *inqit Censor. Inqam & ego. Ecqid igitur opus erat istud, tanqam mihi adversum comprobare?* Ratio *tamen a me* hic adhibita nulla *ipsi* videtur: imputatio non est remissio, sed remissioni opponitur; ut & peccatum justitiæ. *Et qare nulla videtur ista ratio? qia est* perinde ac siqis sic ratiocinetur; Inductio lucis, ac depulsio tenebrarum, non sunt eadem: inductio enim depulsioni; tenebris lux opponuntur. *Qid verò peccat etiam ista ratio? num, qia inductio depulsioni, ac tenebris lux separatim accepta, opponuntur: propterea complexim sumpta existant eadem? Annon propter oppositorum conjugationem oppositam, illa sese consequuntur, licet non eadem existant?* n.1.

### Tho. Gatakeri Responsio.

T.G. Imò Vir Cl. non *propterea complexim sumpta eadem* existunt; *qia separatim opponuntur.* qis enim tam sit fungus, ut ita ratiocinetur? Sed inde negatur constare, eadem non esse; qia extra complexionem istiusmodi alterum alteri adversatur. hoc autem probare Viro Cl. incumbebat; non enthymema, qod meum non est, affingere mihi.

mihi. qod cujus candoris sit, ipse viderit. ego siqidem eadem esse hac ratione non probo; sed eum illâ frustrà probare velle contendo. Tam autem in Piscatorem, qam in eum ipsum animadversiones illas adscripseram.

n.2. *Hinc pergit Censor ad distinctionem inter non-peccatorem, sive insontem, & justum; & exclamat;* Inter justum & insontem, qi distinctionem justam dederit, erit is mihi magnus Apollo. *Esto igitur illi* Apollo Aristoteles; *qi* lib. 5. Ethic. Nicom. c. 10. & lib. 5. Eudem. c. 4. *prolixè disputat, ex qibus hoc discrimen luce meridianâ clarius patet. Qi namq; seu justum qiddam seu injustum patrans, neq; justus tamen neq; injustus cognominandus est; eum utriq; inter utrumq; medium esse oportet. Talis autem est insons, qi qoqo modo, ἀλλ' ἐκ ἀπὸ προαιρέσεως ἀρχῆς. h.e inconsultè & indeliberatè qidpiam agit; ideoq; nec pœnâ nec premio dignus censetur.* L.L.

n.3. At insons esse qî potest; qi legem per omnia non observaverit? *qærit Censor. Puri, inqam, cum* Aristotelis *ratione; si per omnia legem observarit, qoad externum factum, at non juxta internum consultæ voluntatis principium.*

n.4. Non exclama Vir Cl. sed qis mihi futurus sit, formulâ usus haud insolenti, enuncio, qi griphum istum explicuerit. *Aristoteles certè prolixâ illâ disputatione, locis eis, qos indicatos voluisse te autumo; hoc est, editionis tuæ Wechelianæ, Nicom. l.5. c.8. & Eu-* T.G.

dem,

dem, *l.4.c 6.* nihil minus, aut præstitit, aut præstare etiam in animo habuit. Quæ Philosophus ibidem, *clara* reverâ sunt satis. Verum nulla mihi hactenus lux tam clara effulsit uspiam, quæ inter ista distinctionem prodat. Disputat ibi Philosophus περὶ τῶν ἀπροαιρέτων. de qibus statuit; multa esse, quæ si inscius qis invitusq; fecerit, nec justitiæ nec injustitiæ deputetur; qum tamen eadem si sciens volensq; egisset, aut justè, aut injustè egisse censeretur. At ista (pace Viri Cl. dictum sit) nihil qicqam ad rhombum.

Siqidem primò, de justitiâ strictè sumptâ, qâ virtutis certam speciem designat, utroq; loco disputat Philosophus, cum nos de justitiâ generalius sumptâ agamus, qâ συλλήβδην comprehenditur virtus universa: imo qâ non habitus tantùm acqisiti, qi soli Philosophis virtutum nomine insigniuntur, sed animi dispositiones sive innatæ, sive insitæ illæ; legi naturæ consentaneæ, continentur universæ. Illius qidem ratione dantur actus, etiam ἀπροαίρετοι, qi justi appellationem, nec tribuunt nec auferunt: at hujus ratione nulli dantur ἀπροαίρετοι, qi non vel justi, vel injusti censeantur. qum ut vel sint justitiæ ei qam lex divina exigit, consentanei, vel ab eâ dissideant, necesse sit.

2. Inter justum & injustum medium qæritur ἐν τῷ δικαίῳ. alioqi & silices, nec justi sunt, nec injusti; qui nec insontes etiam, si strictè loqamur; sed

non-

non justi. nec hoc tamen illud, qod tam anxiè qærimus, suppeditat. at vero tam in silicibus, qam ἐν τοῖς ἀπρoαιρέτοις justitiæ injustitiæq; ratio ulla reperitur. Ethicam enim si spectes, tam non justus, si prius extiterat, qi feram saxo petens, in vepreto delitescentem hominem percusserit; qam siqis per somnum stragula perminxerit, vel in tenebris palpando patopsidem confregerit.

5. 3. Rem judiciariam si attendimus; insons qivis pro justo habetur. In judicio siqidem, qisqis insons deprehenditur, est justificandus; (ut cum Mose loqamur, qi & justi nomine insontem eumq; insignit. *Deut.* 25. 1.) h.e. judicandus, hoc ipso, qia insons, censendus. utpote qi adversus legem nihil deliqisse sit compertus; qod pro se *Paulus*, Act. 25. 8. & ad sui justificationem sufficere censebat. Etenim pendet justificatio in re judiciaria, (qod imprimis est observandum) non à personæ, sed à causæ justitia: unde fit ut reus judicio absolvendus, h.e. justificandus, sit homo etiam improbissimus, si causam justam habuerit. Sed nec absolvi, h.e. justificari, etiam optimus sanctissimusq; qivis debeat, nisi causam (qod interdum secus fit) justam habuerit.

6. 4. Justum istic, ut alibi, definit Vir Cl. *premio dignum.* ut inde *scil.* probet, justum non esse, qi insons sit tamen. at vero nec præmium aliqod leges justè agentibus assignant, nec Philosophus juste factis, de qibus disputat, præmium qicqam vult promeritum. utpote qua

τῶ κακῶ ἕνεκα duntaxat designari possint. Et quoniam tandem jure præmio dignus censeatur, qui quod suum est cuique tribuit, quod suum est ab aliis exigit; ista sunt enim juste facta utique, de quibus Philosophus disputat.

5. Ad legem divinam si provocaverimus; (de istâ enim Vir Cl. hîc disputat, utrum inter justum & non-peccatorem, sive insontem ac innocentem, discrimen possit dari) reclamabit Scriptura totius seriei, quæ peccato immunem omnem pro justo habet. Reclamabit ratio, quæ insontem si non dictabit eum, qui legem per omnia non observaverit. Deut. 25. 1.

6. Nam quod insontem, nec justum tamen, tanquam pari cum Aristotele ratione, affirmat eum Vir Cl. qui legem per omnia observarit, quoad externum factum, et non secundum internum consultæ voluntatis principium.

7. Leges humanas si spectemus, quæ factum externum tantùm respiciunt, in iis quæ præcipiuntur; non internum consultæ voluntatis principium, nisi quatenus externo dicto factove proditur; ex iis necessariò pro justo quisque habetur, quisquis factis externis præcepta præstiterit, frustraque hic Aristoteles denuò accensitur; sunt ἀπροαίρετοι sanorum saltem leges nullæ, vel præcipiant, vel prohibeant. Quorsum enim? cum sint [illegible]

8. Sin divinam, de quâ agitur, consideremus, non insons modò, sed justus est, imò injustissimus esse potest,

*qi legem quoad externum factum per omnia observarit, nisi consultæ voluntatis principium accesserit. videantur Servatoris nostri dissertationes*, Mat.c.5. v 20,—28.

Nondum itaq;, vel Vir Cl. vel, qem adducit, Philosophus, Apollinis mihi loco sunt, cum istud nondum dederint extricatum.

4. *Pergit deinde asseverando:* Justus esse potest, etiam qi justitiam nullam adhuc fecerit; qando lex nihil adhuc faciendum ab illo exigat. Ita, *inqit*, *Adam* primus in justitiâ conditus: & secundus *Adam*, ab ipso statim conceptu justus. *Et qasi re jam conclamatâ;* Audi te Luci, *vociferatur*; Theol. Christ l 1, de perſ. Christi, p. 53. *Et prolatis verbis meis:* corpus & animam Christi, simulac in utero Virginis existere cœpit, Spiritus S. ab omni prorsus peccati labe segregavit: ut talis esset, qualis *Adam* ante lapsum fuit; nempe justus ac sanctus. *qasi ἐπινίκιον canit;* Audin' asserentem ipsum te, Justum esse, qi ab omni prorsus sit peccati labe segregatus? justos tum *Adamum*, tum Christum Dominum *fuisse; cum justi nihil adhuc egissent?* L.L.

*Ad qid autem tot verborum ampullis opus? Qæstio inter me ac* D. *Piscatorem, agitur, non de justitiâ habituali humanitatis Christi; qæ (fatente ipso Censore) ad formalem personæ Christi integritatem pertinet: sed de justitiâ actuali, in legi conformiter agendo positâ; Utrum videl. illa nobis ad justitiæ præmium imputetur?*

*Inter qam & peccatum, ob qod qis moritur reus deputatur, medium innocentiæ statum inveniri, assero: qippe cui per se neq; pœna, neq; præmium debeatur. De cepis igitur cum sit qæstio; de allijs dum respondet Censor; οὐδὲν πρὸς ἔπος dicit.*

*Qin imò dum justitiam habitualem hic introducit; qæ neq; actualis justitia, neq; peccatum est, eadem hac instantiâ meam sententiam comprobat; propria sua vineta cædens, & extra oleas evagans.*

T.G. Ego verò, Vir Cl. nec *vociferor*, nec *ampullor*: nec qid ad intemperias istas te adigat, possum comminisci; nisi forsan qod familiariùs paulò allocutum te existimes, qod, *Audi*, & *Audin'* tu *Luci*, dixerim. qod non tanti putabam fore; & deinceps sedulò cavebitur. Sed nec *extra oleas* istic *evagatus* sum; nec, qo Virum Cl. sed immemorem sui, dictionem meam, qæ simplex ac sedata satis est, ad mordendum subinde, & scommate non uno pro libitu exagitantem, proseqar; (etiamsi ansa detur, possimq;, si animus esset,) sum evagaturus. Ad rem ipsam me accingam.

1. A qæstione recessisse me causatur, cum *inter ipsum ac D. Piscatorem agatur, non de justitiâ humanitatis Christi, qæ ad formalem Christi integritatem pertineat; sed de actuali, in legi conformiter agendo positâ, utrum illa ad justitiæ præmium nobis imputetur. inter qam, & peccatum, medium innocentiæ statum inveniri asserat.*

Atqi, primò, impræsentiarum qæritur, qia disceptationis serie eò jam est deventum;

ventum; utrum inter non-peccatorem & justum detur medium. Et an justi definitio justa sit, *Justus est, qi justitiam facit.* hæc enim affirmat Vir Cl. ipse nego.

n.11 2. Tam actualem, qam & habitualem justitiam, ad Christi hominis integritatem, reqisitam, * superius est ostensum. qô, ne actum agam, lectorem remitto. *Sect. 1. n. 13, 14, 15

n.12 3. Parem esse utriusq; necessitatem ad hominis justificationem procurandam, & præmij jus acqirendum, cum sine justitiâ habituali ad gloriam coelestem neqaqam pertingatur, est & *superius præscriptum: & virum Clarissimi habet assensorem: Cujus ista αὐτολεξεὶ sunt, *ibid.* *Theolog.* t. 1. de justificatione, p. 191. *Imputatio justitiæ est altera justificationis pars, qâ Deus credentibus, perfectam Christi Mediatoris justitiam ac sanctitatem, ita acceptam fert, ut propter illam justos ac sanctos eos coram se reputet, ac si illa ipsis inesset, atq; ab ipsis præstita esset, qô sic jus vitæ æternæ illis restituatur.* * Ibid. n. 14, 15.

n.13 4. Qod de *præmij debito* toties inculcat, non est de justitiæ vel actualis, vel habitualis essentiâ, præmij debitum nescio qod.

n.14 5. Qæstio inter Virum Cl. & *D. P.* non est, qo modo ipse hæc refert, primitus concepta; sed, qo modo ipse Scripti sui initio proposuit, *Utrum ad perfectam nostri coram Deo justificationem Obedientia Christi, qam legi divinæ præstitit, meritoria credentibus imputetur?*

6. Qod *inter justitiam actualem & peccatum, medium innocentiæ statum inveniri asserere*, ait se. qorsum? qæro. an non, qo *D. Piscatorem* convincat, credentes, etiamsi pro non-peccatoribus per remissionem peccatorum à Deo reputentur; at non propterea pro justis haberi? in qibus ergò medium statum hunc reperiri, probandum fuerat; si qod ad propositum faceret, causamq; suam juvaret, afferre vellet; nisi in credentibus, de qibus qæritur? in istis itaq; nisi medium statum suum ostenderit, ipse reverâ, qod mihi tam fastuosè improperat, extra oleas evagatur. Licebit enim *D. Piscatori* regerere; Etiamsi in alijs forsan reperiri possit status inter justitiam & peccatum medius; at in credentibus, de qibus nos disceptamus, non potest. Proinde nihil obstare, qo minus, horum unusqisq;, si a Deo, pro non-peccatore reputetur, necessariò consequatur, eundem etiam pro justo haberi; cum in istis, inter non peccatorem, & justum status medius nullus detur. n.6.

2. *Vineta mea cædere me* affirmat, *qum habitualem justitiam hîc introducam, qæ nec actualis justitia, nec peccatum sit.*

*Vineta* qidem *mea cædere*, me nec piget, nec pudet. neq; enim vitibus istud officit, sed prodest plurimum. Sed nec causæ meæ officit qicqam, qod istic introduxi. Pariter habere se ea qæ opponuntur, oportere, non est qod à me Vir Cl. discat. Justitiæ in genere sump- n.7.

tę peccatum opponitur; justitiæ habituali, peccatum habituale; actuali actuale. Parum aptè itaq; opponuntur habitualis justitia, & peccatum actuale. neq; minùs ineptè, inter actualem justitiam & peccatum actuale, justitia habitualis, tanqam medium qiddam interponitur. Inter habituali justitiâ preditum, & habituali injustitiâ vitiatum; justitiæ actualis ratione justum, & actualis injustitiæ ratione injustum; inter justum deniq; simpliciter, & injustum simpliciter dictum; qi medium assignare potuerit, is inter justum & non-peccatorem generaliter sumptum utrumq; discrimen forsan invenerit sed nec illud hactenus factum est; nec istud (credo) unqam fiet.

n.6. *Tanqam de phrasi valdè abstrusâ, qærit Censor*; qid hoc sibi velit, dignum esse vitâ æternâ? *Qid si ego verbis Christi respondeam? est id, qod* dignum haberi, qi in judicio consistat coram Filio hominis. *Luk.21. v.36. Num ulterius commentum Pontificium de proprio condigni merito mihi improperaret? At ego non scripsi, justos vitâ æternâ dignos esse: sed pro vitæ æternæ præmio dignis haberi. Immeritò igitur phrasis illa, calumniæ obvia in me castigatur.* L.L.

n.7. Gratiosæ *utiq; dignationis res est, ac donum Dei, vita æterna.* Rom.6. v.23. *Qia tamen illa, benè ac justè secundum Dei voluntatem operantibus, promittitur, & retribuitur: qidni præmij nomine convenienter indigetaretur?* Philip 3.

 v.14.

v. 14. 2. Tim 4. v. 8. *præsertim cum Christus ipsam, mercedis etiam appellatione dignatus fuerit.* Mat. 5. v. 12.

T. G. 1. Ideò, nec injuriâ, quæsivi; qui *præmij dignitatem meritumq;* passim justitię tribuit Vir Cl. & hâc ratione *scil.* (qam tamen nullam esse ostendimus) justitiæ Christi imputatæ necessitatem nobis obtrudit; ut vitam æternam, qasi ex dignitate justitiæ debitam, haud aliter, ne ex Christi morte qidem, consequi detur. Sic enim supra, de *Sect.* 6. *n.* 4. *jus ad vitam æternam nobis restitui, nec poterat, nec debebat; nisi per plenariam legi divinæ pro nobis præstitam obedientiam.*

2. Si cum Christo eo loci loqi voluerit Vir Cl. aliter loqatur oportet, qam istic loqitur. Siqidem aliud esse *ἀξιωθῆναι*, aliud *ἄξιον εἶναι*, (qo tamen sensu accipi volunt Pontificij, dum operum merito suffulciendo destinatam qærunt) etiam qi linguæ Grecæ rudimenta prima novere, haud nesciunt.

3. Verba viri Clar. diserta sunt; *pro justis. h. e. vitâ æternâ dignis haberi.* qis enim duo ista verbis hisce contineri non videt? alterum, *justificatos pro justis haberi*; alterum, *justos esse vitâ æternâ dignos.* non ergò *phrasin castigo,* qâ *ipse non est usus*: sed qam non semel, sed sæpius, nec hic tantum, sed alibi qoq; usurpavit. Sic enim infra denuò, Sect. 8, n. 9. *Iusti reputationem justam, hoc est, præmio vitæ æternæ dignam.*

4. Adversus *præmij* ac *mercedis* nomen; nihil hic objicio. de *dignitate,* ac *debito,* qod

quod dictum est, clarius, cautiusq; dici desidero: illud, quō intelligam quousq; extendat utrumq;; hoc quia calumniæ obviam phrasin hanc ipsemet agnoscit.

5. Porrò si dignationis gratiosæ duntaxat res est: ubi tandem dignitatis debitiq; ratio illa, quam inculcat subinde, urgetq; tantoperè Vir Cl? Rectè Bellarminus ipse, de Justificat, l. 1. c. 21. Apostolus, inquit, Rom 4. satis apertè indicat, esse quandam mercedem, quæ imputari possit secundum gratiam, non secundum debitum. Proin à mercede ad debitum, à dignatione ad dignitatem, nulla est ratiocinatio.

6. Meminerit deniq; Vir Cl, non justitiæ Christi imputatæ, sed fidelium ipsorum κατορθώμασι καὶ παθήμασι, mercedem præmiumq; locis illis repromitti: nec de Dei benignitate ac beneficentiâ merè gratuitâ; sed de justitiâ ac justificationis ratione, impræsentiarum disceptari.

Pergit hinc Censor eâdem chordâ reoberrare; Adam, inquiens, si nunquam deliquisset, in æternum vixisset. Quis negat? perpetuò siquidem Deo obedivisset. At vitam æternam propterea ex condigno meritum fuisse, sensu Scholasticorum Pontificiorum, neq; ego, dici posse, nullus dixerim. Ergo, infert, non-peccando vitam æternam fuisset consecutus; obediendo, antecedenter duntaxat; sed obediendo etiam efficienter. Quomodo enim vitâ excidisset, nisi morti factus obnoxius? quo modo autem mortis damnas esse, nisi peccati merito, potuit? L. L.

 Si

Si autem non peccando, *& continuò obediendo*, vitam retinuisset, qomodo peccati cujusq; reatu liberatus, vitam æternam recuperet, *necesse est? ut inconcinnè hîc loqitur Censor*.

T. G. Pulsata crebriùs chorda ista viro Cl. (uti videtur) molestiam facessit; qam tamen ipse crebrius pulsandi occasionem subministrat.

1. *Adam*, inqam, si nunqam deliqisset, in æternum vixisset. *Qis negat?* inqit, *perpetuò siqidem Deo obedivisset.* Sumo qod dat. ergò semper obedivisse eum necesse est, qi nunqam deliqerit, at qi Deo semper obediverit, is legem Dei impleverit, & justitiâ actuali consummatissimè justus sit, necesse est. Ergò eum, qi nunqam deliqerit, legem Dei implevisse, & justitiâ actuali consummatissimè justum existere, necessarium est, nihil autem horum conseqetur, si inter non-peccatorem & justum medium aliqod statuatur.

2. Ergò, inqam, non peccando vitam æternam fuisset consecutus. *Puta*, inqit, Vir Cl. *antecedentèr duntaxat, sed obediendo etiam efficientèr.* qæ mihi verba (ea est ingenij hebetudo) pro Pythij aut Sibyllæ oraculis sunt, non capio. At si non deliqisset, obedivisset, qod & ipse verbis, ferè proximis fassus est. qid enim est aliud non delinqere, qam obedire; non omittere qam committere; non violare qam inviolatum custodire? Ergò & istic novum medium est excogitandum, qo distinctio ista consistere qeat. nam *antecedentèr* & *efficientèr*,

dentèr, qę hîc ἀντιδιαιρῦνται, qâ ratione opponantur, non intelligo. sed nec an antecedere velit illud non deliqᵘisse; obedire verò huic à tergo instare. at ipso non delinqendo obeditur; ipso obediendo non delinqitur: siqid ego in istis sapio qicqam. Cæterum perinde planè hoc est, ac si de eo diceretur, qi ei, qem in prælio ceperat, pepercerit; hominem servasse, antecedentèr qidem non occidendo; efficientèr etiam vitam concedendo: vel de medico, sanitatem ægroto restituisse; antecedenter qidem, nihil, qod opus erat, omittendo; efficienter etiam, omnia qibus opus erat, præstando. qæ mihi sane argutiæ nimis argutæ videntur.

n.35 3. Verba porrò novissima mea Vir Cl. nescio qâ mente, minus candidâ certè, ut nihil gravius dicam, pro libitu definxit; qo arrodendi ansam aliqam sibi confingeret. Ea sunt, prout, cum à me habuit, tum & ipse seorsum descripserat, aut alienâ saltem manu describenda procuraverat, in eodem ipso, qod mei vice transmiserat, exemplari. *Si autem non peccando* (*Adam* scil.) *vitam retinuisset; peccati cujusq; reatu liberatus, vitam recuperet, necesse est.* At in Vindicijs, (qod ex supra positis liqet) primò ea infercit, verum tanqam sua, *sed continuè obediendo.* qæ qamvis superflua prorsus sint, nec plus qicqam sententiæ adjiciant, qam qod prius est dictum, mitto tamen. Tum post verbum *retinuisset*, adverbium *qomodo* subjungit, subjectâ moræ levioris in-

dicte notulâ. Demum ad finem periodi interrogationis notulam appingit. Hâc ratione sententiam ubi deartuavit & deformavit, *locutionis inconcinnæ* Censorem insimulat; cum se potius debuerit, non illum, cujus verba sic pervertit.

4 Cæterum, utrum *inconcinna*, necne, fuerit locutio; torqet forsan illum locutioni, qanqam ejusmodi, subjecta sententia. Sic enim ratiocinatio instituitur. Si non peccando vita retinetur, tum peccatum tollendo vita recuperatur, etenim si ad retinendum illud suffecerat, qidni ad restituendum istud suffecerit? verum non est, qod eadem, tanqam cramben recoctam, denuò reponam; cum nihil ad rationem, vel infirmandam, vel eludendam ab adversario hîc repositum habeatur.

L.L. De gloriâ, *inqit*, Christi passione partâ, qod dicitur, est prorsus ἀπροσδιόνυσον. *Qem istâ animadversione pungat, eqidem non video. Si me, qi πραγματικῶς locum* Heb. 2. v. 9. *contra* Piscatorianam *opinionem exposui; malè existimat, ἀπροσδιόνυσον esse, qod à me dicitur: cum contra adversarij sententiam nihil dici potuisset convenientius.*

T.G. Ego verò neminem pungere in animo habui, cum ἀπροσδιόνυσον dicebam locum illum. verum ad litem istam nihil in partem alterutram facere Scripturæ periochen illam adnotatum volui, cum sensus alius videatur; ut Christus nempe, *non propter passionem mortis gloriâ coronatus*; sed *per mortis perpessionem*, sive mortem perpetiendo, ut *Chrysostomus*

& Theodoretus; aut etiam, *propter mortem perpetiendam*, ut *Beza* & *Piscator*; *Angelis inferior qodammodò factus*, Apostolo dicatur. Proinde Viri Cl. partes hîc tueor, adversus eos, qi ad litem hanc locum hunc trahunt. qem tamen *convenientius* explicare potuisse opinor. Cæterum de loco hoc, cum aliis, qæ in proçinctu habemus, si Deo visum, aliqando in publicum proferemus. L.L.

n.10 *Insurgit debinc in* D. *Piscatorem*, & Assumptionem *in Syllogismo ipsius* negat: probationemq; *ejusdem*, ex collatione, v.7. cum 6. in Rom. c.4. *repudiat.* *qæ qis pro me faciunt*; *atq; infra*, Replic. Sect 8. n.1,2,3. p.52. *de iisdem à me dictum jam fuit*; *actum hic agere nolo.*

n.11 *Nec tamen concedendum est Censori, qod hîc scribit*; Beatitudinem, remissionem, seu non imputationem peccati, neq; imputationem justitiæ, omnia esse justificationis peccatoris efficacis ἀκόλουθα necessaria. *Cum ex Apostoli verbis evidentissimè constet, Beatitudinem ex non imputatione peccatorum, & imputatione Justitiæ, ipsissimam esse justificationem peccatoris coram Deo; & nihil demum conseqens illius.*

n.12 Tum, qid epitheto illo *efficacis justificationis* sibi velit, non asseqor: neq; illum justificationem coram Deo, in efficacem &. inefficacem distinctam velle existimo.

Duo notat hîc Vir Cl. T.G.

n.18 1. Qod *non imputationem peccati* & *imputationem justitiæ* dixerim *esse justificationis ἀκόλουθα.* (nam de beatitudine

di,i

dixi tantum, eam non ex operibus, juxta mentem Apostoli, sed ex illis haberi) hoc autem sic confirmo.

Si justificatus, jam pro non peccatore amplius, sed pro justo haberi debet; tunc non-imputatio peccati & justitiæ imputatio sunt justificationis ἀκόλουθα.

*Sect.3.n. 9,11,13. Ac illud verum est, qod & *supra latiùs est disceptatum. ergo & istud

Nam qod *beatitudinem*, qo nomine scil. *justificatio* designetur, *duobus istis* ab Apostolo *circumscribi* opinatur, id ex Apostoli verbis colligi non posse, liqidò satis * in antegressis est demonstratum.

*Ibid.n 3,4,14, 15,16.

2. *Iustificationis efficacis epitheton qid velit*, scilcitatur. *neq; justificationem coram Deo, in efficacem & inefficacem distinctam velle, existimat.*

Habeat ergò paucis Vir Cl. si id esse operæ pretium autumat, qid velim. *Iustificatio efficax* est, ubi reus justificationis beneficio causam obtinet: *inefficax*, ubi secus obtigerit. potest autem & *coram Deo* existere utraq. Siqidem fieri potest, ut non coram hominibus tantum, sed & coram Deo se justificet homo neutiqam justificandus; sed justificatione inefficaci. Exemplum luculentum satis in Pharisæis est videre. *Luk.16.15. & 18. v.11,12,14.*

L.L. Calvini *testimonium, ex Institut.* l.3. c.11 § 2. *cum duobus alijs, ipse qoq; * infra.p.39. ad pleniorem sui ipsius explicationem, allegavi: eundemq;, prout & alios, non sollicitum de accuratis loqendi formulis,*

* Replic Sect.1. n.3.

*formulis, in eis, de qibus minimè tunc controvertebatur, illud unicè egisse; ut opera nostra ex justificationis nostræ coram Deo causis excluderet; de qibus illi cum Pontificijs lis erat; rectè ostendi* * p. 44. agnoscente hoc *D. Gatakero* ipso. * Ibid. Sect. 2. n. 13.

n. 14 *Sunt tamen nonnulla, qæ ex* Calvini *verbis extundere conatur, minùs pro scopo illius idonea: ex qibus apparet, ipsum non adeò rectè sensum verborum* Calvini *assecutum esse.*

*Primum est, qod ait,* Calvinum velle, remissione peccati, & justitiæ Christi imputatione, Justificationem constare; non ut partibus, qæ integrum constituant; sed tanqam consentaneis argumentis, causâ nimirum & effectu, qorum altera alterum producat. *Huic sensui ego oppono* Calvini *testimonium, hîc à Censore ipso citatum: in qo ne vestigium qidem consensionis causæ & effectus; sed definiti primum ac definitionis; distributi dein ac distributionis, evidentia argumenta patent.*

n. 15 Tum per justitiam Christi, satisfactionem intellexisse videtur; *inqit. At non pœnalem, pro peccatis, sed obedientialem, pro justitiæ legalis impletione; inqam. Id qod testimonio* Calvini *tertio, à me,* * p 39. *allegato claret.* *Replic. Sect. 1. n. 3.

n. 16 Veram deniqꝫ dat *Calvinus* justificationis peccatoris rationem, *inqit Censor. At non ex* satisfactione *duntaxat pœnali* interpositâ, absolutione; *sed &, ex legis præstatione obedientiali, ad vitam æternam acceptatione. Qàm enim* non potest excogitari ratio ulla, hâc *pœnali*

*satis-*

*satisfactione* exceptâ, qâ is, qem deliqisse constat, verè *à peccatis* justificetur: *tam non potest excogitari ratio ulla, hac justitiæ legis impletione exceptâ, qa is, qi ad salutem æternam adspirat, verè ad illam acceptetur.*

T.G. *Calvini* mentem an rectè ceperim, qum ipse jam è vivis excesserit, ex locis indicatis, judicent alij.

Cæterum qod negat Vir Cl. *excogitari posse rationem ullam, hac justitiæ legis impletione exceptâ, qâ is, qi ad salutem æternam adspirat, verè ad illam acceptetur:* mihi probatione non unâ de causâ indigere videtur.

Etenim, 1. *justificari*, & *ad salutem æternam acceptari*, pro eisdem habet. hoc enim illius loco substituit, qod ego *justificari* dixeram. at potest *ad* vitam, sive *salutem acceptari*, & *verè acceptari*, (qid enim obstat, qo ominus verè, nisi si simulatè res agitur?) qi tamen justificatus non sit. potest ei, princeps, qi mortem sit meritus, mortis supplicium remittendo, vitam sive salutem donare; ut non justificet tamen; nec id peccet, qod de improbum justificante, Rex sapientissimus *Prov* 17.15.

2. *Ad* vitam, sive *salutem, acceptare verè* dicitur; cui, cum mortis damnas fuerit, citra compensationem ullam, vel à se, vel ipsius vice, exhibitam, ex merâ gratiâ, vita condonatur. Potest itaq; ratio excogitari, qâ & à Deo, idem fieri potuerit.

3. *Acceptationi ad salutem* substituitur *justifi-*

*justificatio, quâ jus vitæ acqiratur.* qicqid id fuerit, qod ita justificat, ut mortis meritum extinguat; id ipsum & vitę jus concedat, necesse est, qod non semel est clarissimè demonstratum.

n.35 4. *Legis impletionem* si habet pro satisfactione legi datâ; in justificationis negotio qod affirmat, haud abnuo. sed legi satisfactum assero, ubi justa pro delicto adversus legem admisso, compensatio facta & admissa fuerit. nec compensationi huic aliud qid ampliùs opus est adjici, cum eâ plenariè sit satisfactum,

n.17 Improbum justificare *ait Censor*, Prov. 17.15. non est, ei peccatum condonare. L. L. *Imò verò est: Qoniam est, tanqam innocentem (non* tanqam justum) *illegitimè* absolvere, *& falsò* justum censere, *Prov.*24. *v.*24. *Id qod citra peccati condonationem, aut saltem improbitatis illius dissimulationem, fieri neqit:* estq; usq; adeò piaculum usq; qaq; ; *ut talem Iudicem Deo abominabilem reddat: nedum* ut qandoq; pietatis opus existat.

n.18 *Haudqaqam verò* ita Deus *(cujus judicia veritas sunt & justitia)* improbum justificare *dicitur*, Rom.4.v.5. Qod non est simpliciter peccatum remittere, sed satisfactionis interpositæ intuitu, *tanqam innocentem*, (*non* tanqam justum; qi nullo crimine teneiur) absolvere: justumq; *justitiâ Christi per fidem ipsi imputatâ*, censere.

n.36 1. *Condonare peccatum*, non est, peccati reum *tanqam innocentem absolvere.* T.G.

ista

ista enim ratione, & definitione, diversa sunt. Siqidem peccatum condonare, est pœnam peccato debitam remittere, offensamq; peccato contractam deponere, at tanqam innocentem absolvere, est peccato immunem pronunciare. Proinde qi condonat, a pœnâ offensaq; liberat: qi absolvit, pœnæ merito immunem censet. cui qis condonat aliqid, hunc peccasse, saltem profitetur: qem tanqam innocentem absolvit, hunc agnoscit nec peccasse, qod fieri potest, ubi condonatio planè nulla est; imo ubi nihil condonandum. Sicut contra, ei potest condonari, qi culpâ immunis tamen non agnoscitur. Et Christum Dominum *Pilatus* innocentem pronunciavit; cum nihil tamen condonaret: & *Barabbæ* condonavit mortis supplicium; qum tamen crimine immunem non censeret, *Mat* 27. *v.*24, 26.

2. Judex iniqus reverâ, ubi improbum n.37 absolvit, à pœnâ improbitati debitâ liberat improbum. hoc est enim absolutionis illius conseqens. nec tamen seqitur, utrumq; hoc unum idemq; esse: aut Judicem ubi improbum absolvere dicit se, hoc velle, *ego illius, qod a te peccatum est, veniam tibi concedo.* hoc enim potius esset non absolvere; à culpâ saltem.

3. Ratio à Viro Cl. adjecta, nec ne- n.38 cessariò conjuncta, nedum idem esse, probat. *Iustificatio illa, sive absolutio, citra peccati condonationem, aut saltem improbitatis illius dissimulationem, fi-*

*eri*

ri neqit. qi *aut sine hac, aut sine illâ saltem*, fieri posse negat, ex disjunctionis ratione, sine alterâ saltem, fieri posse non negat. reverâ sine improbitatis dissimulatione non potest; ergo sine condonatione posse fieri non negatur.

139 4. Multum à lenitate charitateq; etiam christianâ abscedit Vir Cl. cum peccati condonationem omnem *usq; adeo piaculum* esse pronunciat, ut condonantem *Deo abominabilem* reddat. Meminisset utinam, si non Senarij illius,

*Det ille veniam facile, cui veniâ est opus; at præceptionis saltem Domini nostri. *Luk. 6.37. Condonate & condonabitur*. nam si de pœnæ condonatione loqitur, qæ à justificatione ejusmodi, qalem Paræmiastes loqitur, conseqatur; nihil dicit. qum hâc ratione contendam, *justificationem* eo loci non significare *condonationem*; qia condonatio possit esse, qæ piaculum istiusmodi nullum habeat, sed pietatis etiam opus sit; utpote qæ sit à justificatione, qam is dicit, sejuncta, & justis de causis exhibeatur. * *Senec. Agamem.*

140 5. Concedit Vir Cl. *improbum justificare*, apud Paræmiasten, esse *justum censere*. at qo modo, qæso, justum censere solet Judex iniqus improbum, nisi culpâ immunem censendo? aut qid aliud faciunt, qi mercedis causâ justificant improbum? *Esaiæ 5.23*. alioqi, nec Prophetæ, nec Paræmiastæ censuram subierit; sed nec improbum justificasse

ficasse perhibebitur, qi innoxium insontemq; tantùm pronunciaverit, nisi & viri boni probiq; elogio insuper cohonestaverit.

6. Mitto illud, qod scriptum est, (*non tanquam justum; qi nullo crimine tenetur*) qamvis eis, qæ ipse passim contendit, adversetur: qia calami σφάλμα suspicor; qo errante, parenthesis qatuor vocibus justo prolixior evasit. memeo tantùm, istic, ut alibi subinde, τὸ ἐν ἀρχῇ presumi. idq; contra justificationis rationem locis ipsis hîc indicatam designatam.

Deniq; minus propriè, *justitia Christi per fidem* justificando *imputata* dici videtur. ut de justitiâ ipsâ interim litem integram dimittamus. neq; enim *per fidem imputari*; qum hoc Dei sit ipsius; etiamsi *per fidem*, à Deo imputatam, *apprehendi*; qod est officij nostri; κυρίως (opinor) dixeris.

L.L. *Posthac*, Justitiæ imputationem, & peccatorum remissionem, non esse eadem, patere, *dicit Censor*. *Qod non modò contra* Piscatorianam *phrasium confusionem, sed etiam contra ipsiusmet, tanqam unius totalis justificationis, in partiales actus, distributionis negationem, observandum recurrit.*

T.G. At ratione aliqâ debuerat Vir Cl. ostendere, placita mea hæc in se invicem arietare, qod non facit. qomodo enim collidunt invicem enunciata duo ista? *Remissio peccatorum atq; Imputatio justitiæ non sunt eadem.* Et, *Iustificationis partes non sunt remissio peccatorum, & justitiæ imputatio.* Vitam

a.10 Vitam æternam peccatorum remissi- L. L.
oni, tanqam præmium dari, *ἀκύρως &* *καταχρηστικῶς à D.* Piscatore *dici*; *agnoscit & fatetur hic Censor.* Ex peccatorum *siqidem* remissione necessariò consequitur liberatio à morte; *tanqam effectum à suâ causâ. Ex liberatione autem ejusmodi, vita æterna duntaxat ut conseqens ad suum antecedens.* Nemo tamen idcirco dixerit, latronem morti addictum, si Principis benignitate veniam adeptus fuerit, vitam præmij loco accepisse. *Aliud namq; est, vita simpliciter & naturaliter, aliud, vita gloriosa & beata, secundum qid & moraliter sic dicta. Id qod probè tenendum, contra Censoris contentionem, de immediatâ consecutione vitæ æternæ, ad mortis ablationem; deq; nullo medio inter justum & injustum dando: qæ illi communia sunt falsa cum D.* Piscatore *principia.*

1. Remissionis peccatorum præmium T. G.
a.44 dici vitam æternam, est certè impropria nimis locutio. Præmium enim datur operis alieni, non ejus ipsius, qi præmium confert. At remissio peccatorum est conferentis ejusdem & remittentis actus; non ejus, cui aut peccatum remittitur, aut in qem vita æterna confertur. Proinde remissionis vita si esset præmium; remittenti esset concedenda, non ei cui remittitur.

a.45 Cæterum non *probè tenetur*, qod nudè tantum affirmatur; & iteratò citra probationem justam toties inculcatur. Siqidem.

1 Nul-

1. Nullum hactenus inter vitam & mortem, justum ac injustum, medium dari, probatum est.

2. Aliud est à vitâ æternâ ipsâ, vitæ æternæ adjecta gloria cœlestis. nec hæc justificationis ratione obvenit, sed adoptionis. cum justificatus justificationis vi nihil recuperet, nisi qo ante delictum admissum fruebatur, & qo culpæ merito excidit.

L.L. Locus ad *Hebr* 9 *v.* 15. probat, neq; vitam æternam, mortis Christi duntaxat, neq; remissionis *peccatorum* præmium esse: *sed, morte illâ, ad remissionem præcedentium transgressionum, intercedente opus fuisse; qo vocati promissam æternam hæreditatem accipere possent.*

Alia autem non pauca, *imo omnia reliqa beneficia salutaria sunt*, præter remissionem peccatorum: qæ morte suâ, *licet non solâ; sed cum obedientiâ legali conjuncta*, nobis Christus acqisivit.

*Atq; ita* mors Christi, non qâ pœnæ *duntaxat* perpessio fuit sed *etiam*, qâ opus spontaneum Patri exhibitum, *& cum perpetuâ legis obedientiâ conjunctum*, ad justitiæ satisfactionem, & gloriæ illustrationem; & justificationem nobis peperit, & adoptionis jus ad hæreditatem cœlestem: qod *jus* est amplius qiddam qam vita æterna simpliciter considerata, *uti tandem aliqandò hic agnoscit ac profitetur Censor.*

Christi *igitur* perpessionibus in massâ integrâ simul sumptis, non exclusâ obedi-

bedientiæ, qam *&* *ipsam* in servi formâ exhibuit, serie continuâ, satisfactio constat: *tam illa*, qam pro peccatis nostris dependit; *qam ea, qâ nobis jus hæreditatis cœlestis recuperavit.* Satisfactionis qippe illius *pœnalis* vi, peccata, pro qibus satisfactum est, extinguuntur penitus; eoq; jam habentur loco, ac si nunqam admissa fuissent. Peccatis sic extinctis, peccator qi fuerat, eo loco habetur, ac si nunqam deliqisset. Si autem nunqam deliqisset, in æternum vixisset: *tametsi exors adhuc præmij gloriæ cœlestis.*

n.15 Satisfactione *ergò obedientiali* qòq; præstitâ necessario *indigebat, ut* jus vitæ æternæ *beatæ gloriosæq;* conseqeretur. *Atq; ita* justificatio, *non modò* in eundem planè statum peccatorem restituit, qo ante lapsum fruebatur; *sed etiam* gloriam cœlestem vitæ æternæ (*physicè sic dictæ*) adjunctum contingens, *eidem attribuit: idq;* vi meriti *obedientiæ ac justitiæ* Christi; qâ *illa* satisfactionis *legi parendo præstitæ rationem obtinet*; *&* *alterius actus* justificatorij *imputationis justitiæ, ad plenariam beatificationem*, fundamentum statuitur.

n.16 *Malè proin sentit & scribit Censor, per Sophisticam Elenchi ignorationem*; Gloriam cœlestem, qoniam adoptione obveniat, non *obvenire justificatione. Ecqid enim adoptio in Dei filios est aliud, qam gratiosa ad hæreditatem cœlestem, ob Christi justitiam imputatam, acceptatio? Hæc verò immediatè ex justificationis dono emergit; estq;* exundantia illa gratiæ

tiæ & doni justitiæ, per qam in vitâ regnabunt *credentes, ac justificati* per unum Mediatorem Jesum Christum *Rom* 5. *v.* 17.

T.G. Mitto singula discutere, qæ Vir Cl. dictis meis; qò ad placita sua refingat, ad membra singula infulcit. qorsum enim? cum novi nihil adferant; probationis nihil adjectum habeant.

1. Illud tantum, qod in fine malè positum contendit, qod *ideò* dixerim *gloriam cœlestem justificatione non obvenire, qoniam adoptione obveniat. Adoptione* qidem, *non justificatione*, dixi; & dicti rationem simul adjeci: qam supra positam reponere nihil est opus. Sunt *justificatio* & *adoptio* actus distincti, & qi effectus distinctos habeant.

2. Nam qod *adoptionem* definit *gratiosam ad hereditatem cœlestem, ob Christi justitiam imputatam, acceptationem*. ignoscat nobis Vir Cl. si verba ipsius pro oraculis neutiqam habeamus; nec sophisticâ elenchi ignoratione, nudis ipsius pronunciatis fide habitâ, peccare nos agnoscamus. Probet nobis, non affirmet tantum, *ob Christi justitiam imputatam, ad hereditatem cœlestem nos acceptari.*

3. Nolo de loco Paulino litem movere. qem tamen aliter à non paucis optimæ notæ interpretibus exponi Vir Cl. ignorare non potest. ac proinde interpretationem suam probatam dedisse oportuit. Verum qcqid *exuberantiæ gratiæ doniq; justitiæ* nomine intelligatur;

religatur; non potest è verbis Apostoli colligi necessariò, id aut ex *justificatione immediatè emergere*, aut Christi morte non comparari.

## De Sect. 9.

### *M. Lud. Lucij Vindiciæ.*

L. L.

1. *Ratiocinationi Paulinæ, quæ ad* Rom. 4. v. 6, 7. ἐνθυμηματικῶς *extat, talem ego propositionem à Minore ad majus procedentem præstruxeram* : Si is, cui Deus remittit & non imputat peccata ; multo magis is, cui Deus justitiam quoq; imputat, justificatus ac beatus censendus erit. *Id verò ingratum adeò lectu accidit Censori, ut non nisi per Sarcasmum reponat* : Quasi verò non de uno eodemq; homine Paulus ex Davide, vel David ipse potiùs apud Paulum utrobiq; v. 6. & 7. loquatur. *Quasi verò ego hoc senserim, scripserimve ! Et num, Lynceo aliàs ad animadvertendum perspicacior, hoc loco exoculatus fuit Censor, ut me, in propositione illâ, de uno & eodem homine justificando, & quidem expressè appositâ conjunctione copulativâ, Quoq; locutum non cerneret.*

2. *Quod autem*, de homine unâ eademq; ratione beato, *infercit* ; *de ratione actus integralis justificationis verè dictum accipitur*, *non item de ratione actuum partialium. Quippe cum actus negativus, non-imputationis peccatorum, & actus affirmativus, imputationis justitiæ, unus idemq; numero actus esse* ; *ac proin etiam*

*unâ eademq; ratione numericâ fieri, nequit. Cum hoc velit aperte* Paulus, ut oculato cuivis patet; eum, *cujus non solum* in peccatorum remissione & non-imputatione beatitudo consistit, *sed etiam* in justitiâ absq; operibus imputatâ; non ex operibus, si justificandus sit, justificari.

*Frustra autem est hîc Censor rhetoricando*; mirum esse nulli ex Theologis recentioris ævi hujus orthodoxis (qos, in Scripturis exponendis, Patribus antiqis perspicaciores existere, Pontificij ipsi fateantur) observatam hanc à minore ad majus argumentationem fuisse, qam oculato cuivis *ad rerum momenta attendenti*, patere à me perhibeatur, *Cum pleriq; illorum omnes, principali Apostoli scopo insistentes, contra operum humanorum merita, adversus Pontificios dißeruerint; & sophisticam illam phrasium remissionis peccatorum, & imputationis justitiæ, æqipollentiam ac identitatem, ante Piscatorianam controversiam, penitus ignoraverint.* Ut *non propterea* exoculatos omnes fuisse *necesse sit*; qibus lumen tam clarum, atq; in oculos incurrens *nondum*, veluti per nebulam *illius confictæ identitatis* effulsisse *deprehenditur.*

*Ecqid autem Censori nullus est Rodolphus Gualtherus, Theologus Helvetius? qi diu ante istam controversiam motam, imparium comparationem illam notavit*, Hom. 20. in Epist. ad Rom. *ita scribens:* Tegi verò dicuntur peccata, qando in illa Deus non animadvertit, sed

sed potiùs Christi justitiâ nos vestit: qæ verè nuptialis illa vestis est, qæ nos in ejus judicio ornat atq; tuetur.

De Sect. 9.

THO. GATAKERI *Responsio.*

n. 1. Teneras nimis aures habet Vir Cl. qi in verbis primoribus meis illis dictionem *sarcasticam* deprehendit. Stylum auri geminum utinam haberet.

Sed, rixâ omni semotâ, rem ipsam videamus.

n. 2. 1. Nihil ego Viri Cl. dictis appingo, nisi qod ipsa præ se ferunt. qod nemo non viderit, etiamsi nec *Lynceus*, sed luscus, lippusq; idem etiam, extiterit. nam qod ex copulativâ, *Qoq;*, inciso posteriori interjectâ, *de uno eodemq; in inciso utroq; locutum*, liqidò putat demonstrari; caliginem, non oculis, sed menti obductam, ista cum, vel scriberet, vel dictaret, habuisse videtur. Qasi verò (neq; enim jam sarcastica amplius, spero, habebitur hæc locutio, postqam Vir Cl. ipse usurpavit) *Qoq;* illud, axiomatis hypothetici incisa duo, ac non posterioris duntaxat particulas duas, qarum altera exprimitur, altera subintelligenda, & ἐκ τοῦ κοινοῦ supplenda, relinqitur, secum invicem copularet. Qid est enim aliud, in Viri Cl. propositione, *cui justitiam qoq; imputat*, nisi, *cui non tantum peccata remittit, ac non imputat, sed justitiam qoq; imputat?* Sed rem ipsam, ὡς ἐν τύπῳ, familiari exemplo

 illustremus.

illustremus. Si qis hoc modo ratiocinari velit: *Si beatus, ut Flaccus ait,* * *is est, qi negotiis procul degit; quanto magis beatus censendus est, qi divitijs qoq; & delitijs affluit?* an non de diverso hominum statu locutum qivis dixerit? aut ideò unum eundemq; ab utroq;, atq; utrobiq; designatum, evinci poterit, qia *qoq;* *scil.* ille alter adjecerit?

* Epod. ode.2.

Accedit, qod *Chrysostomus*, qem hic secutum se profitetur, verbis ipsis à Viro Cl. adductis, disertè docet, non de uno eodemq; se dictum intelligere. Sic enim ratiocinantem inducit Apostolum: *Si beatus is est, qi ei gratiâ (sive gratis) peccatorum remissionem acceperit; multo magis, qi justificatus est, & fidei specimen ediderit.* qod ille amplius qiddam & excellentius esse contendit, qam observationem mandatorum. Sed nec hoc ipsum de *Chrysostomo* objectum infra Vir Cl. inficiatur.

2. Ut *de justificatione integrali, partibus duabus* illis consistente, qam nec Scriptura sacra, nec autorum usus agnoscit, toties inculcatâ, nec dum demonstratâ, qæ subjuncta sunt, transeam.

Mirum ego meritò, denuo dixerim, ita perstrinxisse interpretum recentiorum universorum oculos, *de operum merito controversiam*; ut facem tam claram allucente *Chrysostomo*, nemo tamen qisqam è totâ turbâ tantâ id unqam adverterit. lata siqidem nimis in Viros tot tantosq; culpa intenditur;

*rerum momenta non attendisse*; tanqam in verbis tantum dictiunculisq; hæserint, à Viro Cl arguuntur.

n.6, Nam qæ ex Gualtero, (*qi diu ante controversiam*, de qâ istic disceptatur, *motam scripsisse* dicitur; cum tamen anno salutis 1566. commentarios illos in publicum dederit; circa qod tempus Cargius suam de eâ prompsit sententiam,) istic adducuntur; nihil minus sonant, qam *ab imparium collatione argumentationem* eam, qam Vir Cl. hîc instituit; & à *Chrysostomianâ* interpretatione haud minùs longè recedunt, qam à mente Apostolicâ illa *Chrysostomiana. Ex eo*, inqit (*Davide* scil.) *argumentum sic petit Apostolus* --- *Justificatio consistit in remissione peccatorum. Ergo non obtingit propter opera nostra.* Mox illa subjicit, qæ Vir Cl. adduxit. Atqi ista nihil qicqam, cum argumento ab imparium collatione ducto commune habent. Neq; enim ab à Psalte positis, ad altius excellentiusq; nescio qid ratiocinationem is instituit; sed Psaltæ ipsius verbis qid innuatur, ostendit; *tegi* nimirum dici *peccata*, qod *non jam in ea Deus animadvertat*, *sed Christi potius justitiâ* (qo minus id faciat) *nos tegat. Hinc verò colligi, non aliter qam ex gratiâ nos justificari, qando tegumento sive velo opus est, qod ipse Deus adhibeat, ne peccata nostra justitiæ ejus oculos offendant.* Certè χωεὶς τῶν Μωσέων καὶ ἔργων δείκνυται.

n.5. Atque Chrysostomus, μακαρισμὸν, ... αὐτοῖς ἀναιρέσει, καὶ ποιῇ τὴν

δῆξυ, *circumscribens*; alio planè sensu illum accipiat, qam aut Psaltes, aut Apostolus in mente habuit, *penes aequum ejusdem lectorem judicium esto.*

T.G. Et esto, sed ut *Chrysostomi*, non verba, sed mentem etiam prius attendat, qam de censurâ meâ sententiam ferat. Animadvertet facile, hoc velle *Chrysostomum*, eum, qi ex fide (cui nimium qam tribuit) justificatur, habere *scil.* de qo insigniter glorietur. (neq; enim de gloriâ cœlesti istic qicqam *Chrysostomus*) ita eum in altum planè subvectare contendit, qem Apostolus prorsùs depressum eat.

L.L. (*Dixerat D.* Piscator; Nisi statuamus, imputationem justitiæ, & remissionem peccatorum æqipollere; fatendum foret Apostolum testimonio *Davidis* adducto nihil probare. *Huic nunc juxta mecum, contradicit Censor*; Imò, satisfacit ad *Pauli* propositum, *inqiens*, *Davidis* testimonium: etiamsi ea non sint planè æqipollentia; sed in peccatoris justificatione necessariò connexa, & qæ justificationem ex operibus, & per conseqens, gloriationem humanam, penitus excludant.) *Id qod probè notandum hoc loco duco.* n.8.

T.G. Et *notetur* velim: (ideò enim & adnotaram) qia est momenti alicujus, tam contra *Chrysostomi* analysin, qam laudat Vir Cl. qam contra Piscatorem. n.9.

L.L. *Confutationem sententiæ* Chrysostomi *de Justificatione, & invectivam in bonum illum antiqum Patrem hîc institutam* n.10

(*qasi is*, in hoc *Pauli* loco explicando, qi in manibus est, ad *Rom.* 4. *v.* 6, 7. cum à mente ac scopo Apostolico qam longissimè aberraverit, *adeoq;* in contextu toto enucleando fœdè crassèq; fuerit hallucinatus; tum nec orthodoxè per omnia sensisse videatur) *Censori totam condono; neq; litem alienam meam facio. Qippe qi sententiam* Chrysostomi *de Iustificatione, nunqam pro meâ, sed tantùm contra Sophisticam & nugatoriam phrasium æqipollentiam, ejus autoritatem hic allegaverim: qam æqipollentiam Censor ipse paulò ante mecum reprobavit.*

n.8. *Illi duntaxat sua verba refero:* De Justificatione doctrinam potuit *Chrysostomus* satis intellexisse; etiamsi vim vocabuli ipsius forsan parum assecutus, loca qædam, in qibus eâ de re agitur, perperam explicuerit: ut nihil sit mirum in analysi, & argumenti Apostolici effigiatione *minus* esse lapsum.

n.9. Mitto *Invectivæ* vocabulum, ut invidiosum, ita iniqum istic, cum alijs ejusmodi, qæ Vir Cl. passim inspergit; utpote qæ non justa ratio, sed splendida illi dictaverit bilis. Non in *Chrysostomum* invehendi; (neq; enim id à me fit) sed analysin verborum Apostoli discutiendi, ejusdemq; hac in parte, qâ sua tueri nititur Vir Cl. autoritatis elevandæ, occasionem, non justam tantùm, sed necessariam, ipse dedit, qi factum nunc arrodit. T.G.

n.10 Nec possum satis mirari, qod Vir Cl. qi ubi analysin suam proposuerat, sub-

junxerit statim, *non hanc esse nuper notam, sed jam olim à* Chrysostomo *probè notatam ratiocinationis Paulinæ analysin*, nunc sic elabi posse se speret, ne *litem* Chrysostomianam *suam faciat*; negando *sententiam* Chrysostomi *de Iustificatione unqam pro suâ, sed tantùm contra sophisticam & nugatoriam phrasium æqipollentiam, ejus autoritatem, allegasse*. An non causam ejus suam facit, cujus in suæ defensionem testimonium producit? ejusdemq; verba tueri tenetur, qæ ad sua firmanda ipse laudavit? aut non analysin illam disertè probat, qam *probè notatam* affirmat? Interim falsi manifestum ipse sese convincit, cum *tantùm* contra æqipollentiam illam, qam tam protervè exagitat, Piscatorianam, *Chrysostomi* authoritatem allegasse se, affirmat.

De meis, qæ malè consuta, & diminutivâ, sed qæ negativæ vim habere solet, particulâ intersitâ, qo *lapsu* immunem asserere videtur velle *Chrysostomum*, *referre duntaxat* se perhibet; ego suisq; deq; habeo.

## De Sect. 10.

### *M. Lud. Lucij Vindiciæ.*

L.L. Justificatio, *inqit Censor*, justitiam necessariò præsupponit. *At non, inqam ego, qà est non imputatio: sic enim peccatum necessariò præsupponit: sed qà est ipsius justitiæ imputatio.*

T.G. 1. Si justitiam qoqo modo præsupponat

ponat, satis est, ad obtinendum, qod dixi; eodem recidere, sive *ad justitiam*, sive *ad justificationem* imputari, dicatur.

n. 2. 2. Non seqitur Justificationem justitiam *non præsupponere, qâ est non-imputatio peccati; qia peccatum necessariò præsupponit* Siqidem & peccati justa compensatio justificat, etiamsi peccatum necessariò præsupponat.

n. 3. 3. Nec justitia aliena imputata (contra suimet ipsius sententiam) justificabit; qia & hæc peccatum pariter necessariò præsupponit. qod & Gualterus supra monuit.

n. 4. 4. Nihil ista qicqam ad exceptionem adversus conclusionem Piscatorianam, qâ *Christi mortem ad justitiam imputari dixerat*.

n. 3. *De Argumento illo Palmario, qod suum esse profitetur* D. *Piscator, pronunciat Censor; Et*, Est iste reverâ, *inqit*, merus paralogismus: datq, *illi* geminum, *unum atq; alterum, puerilem paralogismumqe omnia ego Piscatorianis discipulis pensitanda relinqo*. L. L.

n. 3. Verum, en tibi, *inqit*, aliud pro isto argumentum; qod mihi potiùs palmarium fuerit: & est etiam Piscatorianum; qanqam tibicine ab illo parum valido suffultum; ex observationibus ad 1. ep: *Ioh*. 1. *v* 7.

Qod omnem, tam amissi, qam commissi, culpam extinguit & abolet, id peccatorem perfectè justificat.

At Christi perpessiones omnem, tam

 omissi

omissi, qam commissi, culpam extinguunt & abolent.

Ergò Christi perpessiones peccatorem perfectè justificant.

*At, inqam ego, nihilo qidem iste superiore paralogismo melior est; Propositione exclusivè sumptâ itidem falsâ constans. Tam siqidem falsum est,* Qod omnem tam omissi qam commissi culpam extinguit & abolet, *id solum* perfectè peccatorem justificare: *qam falsum est*; Id qo peccata nostra sunt expiata, nobisq; remissio illorum à Deo impetrata, esse id ipsum solum, qod nobis ad justificationem imputetur.

Propositionis *nihilominus* veritatem hinc patere, *ait Censor*:

Qod eodem loco peccatorem constituit, ac si legem per omnia observasset; id peccatorem perfectè justificat.

Qod culpam omnem, tam omissi, qam commissi, extinguit & abolet; id eodem loco peccatorem constituit, ac si legem per omnia observasset.

Ergò, qod omnem, tam omissi, qam commissi, culpam extinguit & abolet; id peccatorem perfectè justificat.

*Verum istius Prosyllogismi utraq; præmissa rectè negatur. Major namq; exclusivè accepta, æqè ac in præcedentibus paralogismis falsa est: Puta,* Id qod eodem loco peccatorem constituit, ac si legem per omnia observasset; *id solum* peccatorem perfectè justificare. *Qi namq; imputatam habet justitiam, is eodem loco constitutus est, ac si legem per omnia observasset:*

*servasset: nec tamen absq; praeviâ peccatorum remissione, ac non-imputatione, perfectè justificatus fuerit.*

n. 5. *Sed & minor istius Prosyllogismi, falsum postulatum sumit: nempe,* id, qod omne, tam omissi, qam commissi, culpam extinguit & abolet; eodem loco peccatorem constituere, ac si legem per omnia observasset. *Cum utriusq; illius peccati per justificationem extinctio & abolitio, h.e. per non-imputationem remissio, eo tantum loco peccatorem constituat; ac si, neq; omittendo neq; committendo contra legem deliqisset. Ut autem pro eo habeatur, qi legem per omnia observarit;*

n. 4 *ad hoc justitiae insuper imputatione illi opus est.*

n. 6. *Operosus dehinc est Censor, in* assumptione *qoq; Syllogismi sui palmarij* confirmandâ: *sed absq; necessitate. Namq; & assumptionis illius prosyllogismum, cum utriusq; illius praemissae Epilogismo, largiter illi concedo:* qorum neutrum, opinor *& ego,* sanus ullus & orthodoxus non concesserit.

n. 5. Syllogismum à me Piscatoriani loco substitutum, *nihilo esse Paralogismo Piscatoriano meliorem*, pronunciat Vir Cl. Ergò paralogismus saltem existat necesse est. qod non probat tamen. T. G.

n. 6. Siqa praemissarum falsa sit, aliud est. Ac de *Assumptione* qidem securi sumus: utpote *qam sanum Theologum neminem negaturum,* Vir Cl. ipse mecum pronunciet.

n. 7. De propositione solâ ambiguitur.

Hanc autem cum prosyllogismo succenturiatum dederim; missis Viri Cl. restrictionibus insitivis, (etenim qo jure meas ille mihi, vel ratiocinationes, vel propositiones, conficiat?) ad istius præmissas discutiendas pergamus. Hanc utramq; falsi arguit. de utraq; ergò videatur.

Propositio hæc est: *Qod eodem loco peccatorem constituit, ac si legem per omnia observasset, id peccatorem perfectè justificat.* Nolo me, Vir Cl. confidentiæ nimiæ reum habeat, qi huic confirmandæ nihil subjecerim. opinabar enim, tam clarum esse, ut Solis radio (si *Tertulliani* * verbis non abutor) scriptum posset videri. Vixq; adhuc animum inducere qeo, ut seriò qenqam, atq; ex animi sententiâ, negaturum, existimem. Sed qia, animi causâ forsan, Vir Cl. negavit, probationem adjicere non gravabor. Sic habeat.

* *De Resurr. carn. c.* 47.

Si perfectè justus is est, qi legem per omnia observavit; tum qod eodem loco peccatorem constituit acsi legem per omnia observasset, id perfectè justificat.

At illud verum est. Ergò & istud. Ego sanè, qid istic negari possit, non video, alij viderint.

Sed virum Cl. qomodo propositionem hanc falsi arguat, audiamus. *Qi imputatam*, inqit, *habet justitiam, is eodem loco constitutus est ac si legem per omnia observasset: nec tamen absq; præviâ peccatorum remissione ac non-imputatione, perfectè justificatus fuerit.*

Vereor sanè, ut ista tam inter se pugnantia

nantia probare cuiqam Vir Cl. qeat. Poteſtne juſtitia alicui imputari, ut tamen eâ juſtus non cenſeatur? Poteſtne injuſtus adhuc cenſeri, qi legem per omnia obſervaſſe cenſetur? Poteſtne juſtitia alicui imputari, ut hoc ipſo injuſtitia non imputetur? Aut non pro perfectè juſto habetur, qi legem per omnia obſervaſſe cenſetur? aut deniq;, hoc ſi detur, qî poteſt non perfectè juſtificari, qi perfectè juſtus habetur? Perpendat ſecum, ſed animo ſedatiore, Vir Cl. qàm parum commodè iſtis ſecum invicem conveniat.

n.10 Ad aſſumptionem tranſeamus. Ea ſic eſt concepta. *Qod culpam omnem, tam omiſſi, qam commiſſi, extinguit & abolet; id eodem loco peccatorem conſtituit ac ſi legem per omnia obſervaſſet.* Hanc talſi ſic poſtulat Vir Cl. *Utriuſq, illius peccati per juſtificationem extinctio & abolitio, h e. per non-imputationem remiſſio; eo tantum loco peccatorem conſtituit, ac ſi, neq, omittendo, neq, committendo, contra legem deliqiſſet: ut autem pro eo habeatur qi legem per omnia obſervarit; ad hoc juſtitiæ inſuper illi imputatione eſt opus.*

Verum iſta omnia Aſſumptionem meam nihil attingunt. peccant modo non uno.

n.11 1 *Remiſſio peccati* cum juſtificatione perperam confunditur. nunqid enim peccati qicqam in judicio remittitur, ubi tanqam culpâ immunis reus abſolvitur?

n.12 2. *Peccati remiſſio culpam* non *extin-*

*guit,*

*guit*, aut *abolet*. tollit offensam; tollit pœnam; culpam pœnæve meritum non tollit.

3. Nec *justificationis* est *non-imputatio omnis*. Siqidem non imputatio varia reperitur; variéq; ea distinguitur. n.1

1. Ratione medij. Etenim non imputatio culpæ fit, vel ad deprecationem factam, vel ad compensationem adhibitam.

Tum ratione finis, vel effectus etiam. ita non imputatio fit, vel ad reconciliationem tantùm. h.e. ad irâ offensâq; sublatâ in gratiam receptionem; vel ad justificationem qoq;; h e. ad justam à culpæ jam extinctæ & abolitæ prorsus reatu absolutionem. in hâc, culpa jam extincta & abolita præsumitur; cum compensatio intervenerit: in illâ culpa tantum remittitur, pœnaq; condonatur; cum deprecatio sola intercesserit.

Ista itaq; distinguenda fuerant.

4. Sed nec *per justificationem* ipsam, propriè loqendo, *fit peccati extinctio & abolitio*. Satisfactione siqidem per compensationem justam, (qæ & justificationi justæ locum facit) pro peccato admisso exhibitâ acceptâq;, extinguitur atq; aboletur peccatum. n.1

5. Ex ante dictis manifestum est, *remissionem peccati per non-imputationem factam, nec esse justificationis* omnem; *nec peccatum ita extinguere ac abolere, ut eodem loco peccatorem constituat, ac si neq; omittendo, neq; committendo, contra legem deliqisset*. Potest ita ex læsi n 15

animo

animo offensionem tollere, ut is non magis delinqenti succenseat, minusvè eum affectu benevolo proseqatur, qam si nunqam adversus ipsum qicqam admisisset. at non potest ita culpam abolere, ut, si τὸ ἀκριβοδίκαιον spectetur, ex jure justitiæq; lege, pro eo, qi nihil unqam deliqerit, habeatur. Nihil itaq; affirmatur istic, qod assumptionem attingat meam.

n.16 6. Qod *justitiâ* nescio qâ *imputatâ ulterius opus esse* dicitur, ut justificetur is, qi *nihil*, qod officij sui fuerat, *omisisse censetur*; nihili est plane, nisi, si qis, aut justum negare voluerit eum, qi in lege præcepta præstiterit universa (qod nemo sanus, opinor, fecerit.) aut medium aliqod excogitare potuerit, inter eum, qi nihil faciendum omiserit, eumq;, qi omnia facienda præstiterit. ecqid enim interest inter duo ista; si dixero, *nihil omisisse me eorum qæ debueram*; Et, *ea qæ debueram universa præstitisse*? Certè ista nisi sint ἰσοδυναμοῦντα, ego per senium desipere me non invitus agnoscam. His autem concessis, Justus necesse est jure censeatur, ac, ubi opus id fuerit, justificetur, qi nihil unqam adversus legem, vel facinore admisso, vel officio deserto, deliqerit.

n.17 Proinde ratiocinatio mea ista firma consistit. qum Syllogismi primarij assumptio concessa sit; propositio autem immota maneat; rejectis eis, qæ adversus prosyllogismi, qo firmata est, præmissam utramq; sunt hactenus objecta.

L.L. A Deo pro illis habemur, *ait Censor*, qi legem nunqam transgressi fuerimus, sed perfectam ei obedientiam præstiterimus. n.7.

*At non tantùm*, qia Christus ea pro nobis præstitit, qibus legi illi pro culpis à nobis admissis; *sed etiam ea, qibus pro obedientiâ illi à nobis debitâ, satisfactum est.*

*Qod porrò hic* de operum lege in justificatione peccatorum, interveniente satisfactione, stabiliendâ, *differitur, tanqam certissimum accipio.* n.1.

*Nec minùs id, qod* de pædagogiâ legis ad Christum *dicitur*; *tam* ratione præcepti moralis, qâ imbecillitatem nostram detegit. *tametsi enim* hoc pædagogi officium non sit; discipulo defectus suos prodere, qô alium sibi doctiorem se magistrum reqirat: *officium tamen ejus est, ubi se nihil amplius proficere videt, pueris missionem dare, meliorią; magistro locum suum cedere*; qam ratione typorum ceremonialium, qibus *ceremoniarum lex* ad Christum digitum intendebat. n.9. n.11

*Isthac namq; omnia, non meam, sed D. Piscatoris, causam infirmant. Ideoq; illa eidem cum suis seqacibus considerando relinqo* n.1

T.G. Nihil itaq; istic inter nos non convenit; duobus tantùm exceptis. n.1 n.11

1. Initium propè intersita illa, de *satisfactione pro obedientiâ à nobis debitâ*; de qa Sect. 6. n. 2, 3. suprà satis disseruimus.

2. Qod de legis pædagogiâ propè finem est interjectum: *hoc esse pædagogi officium* n.1

*officium, ubi se nihil amplius proficere videt, pueris missionem dare, meliorique magistro locum suum cedere.* Neq; enim ad hoc pædagogus constituitur. imò hoc ubi fit, cessat jam officium pædagogi. Estq; hoc eorum potiùs officium, qi gymnasio præsunt, qorumq; pædagogi primitùs constituendi jus fuerat, eum, ubi munus vacare viderint, nec pueris usui esse amplius, adverterint, loco movere, munerique obeundo finem imponere. qod & de legis pædagogiâ, non qidem ab ipsâ rituum lege, sed ab ejusdem latore Dominoq; est designatum.

n.11 *Rotiocinationem Piscatorianam ego ἀσυλλόγιστον esse dixeram: propterea qod propositio major illius particulariter tantum vera esset, qæ universaliter & exclusivè accepta, falsa existeret.* L. L.

*Id Censori hoc loco non sapit. Sed,* Imò, *inqit,* hæc est ratio paralogismi; qod propositio minor, sive, subsumptio, est negativa. *Eccur autem?* exclusiva siqidem particula negativæ vim habet; *ait. Ideoq;,* Sola obedientia patientis pro nobis Christi idem planè valet, ac, Nihil præter obedientiam patientis pro nobis Christi.

n.12 *At, inqam ego, commentum istud est novum, & in Scholis Grammaticorum & Logicorum adhuc inauditum. Nam si particula* solum *est negativa, ejus contradictoria* Non solum, *affirmativa utiq; foret. Et si propterea est negativa, qia duplici negativæ,* nihil præter *simul sumptæ,*

*tæ, sensu æqipollet: etiam* aliqid, *qd idem qod* non nihil *significat, negativè dicetur; & ejus contradictorium,* neqicqam, *affirmabit.*

T.G. 1. Nihil ego in animadversionibus meis, de eâ, qam Vir Cl. dederat, paralogismi Piscatoriani ratione. Siqidem exceptio mea; (secus, qam hîc ipse) adversus Piscatorianam Syllogismi sui defensionem, non adversus ipsius vel exceptionem, vel exceptionis rationem, est data.

2. Veruntamen, qandoqidem id nunc affingit mihi Vir Cl. qod in meis non extat, exceptionemq; meam tanto cum fastu ac fastidio aspernatur: liceat, cum ipsius veniâ, paucis dispicere, meane, an ipsius alterutra, sive qam prius dederat, sive qam nunc affignat, probabilior potiorve existat, paralogismi Piscatoriani solutio. nec arrogantiæ deputet, si cum Logicæ professore veterano, is, qem *τῶν ἀναλυτικῶν ἀμελουμένων καὶ ἀγνοουμένων* toties reum peragit, & *διαλεκτικῶς καὶ σοφιστικῶς* duntaxat disputare gnarum pronunciat, de problemate Logico, qærendo saltem, * *ἀμφισβητῶν, οὐκ ἐρίζων,* disceptet.

* *Plato in Protagor.*

Piscatoris itaq; Syllogismus hic fuit.

*Id, qo peccata nostra sunt expiata, nobisq; remissio eorum impetrata, est id ipsum qod nobis ad justitiam à Deo imputatur.*

*At sola obedientia patientis pro nobis Christi est id, qo peccata nostra sunt expiata, nobisq; remissio illorum est impetrata.*

Ergo

*Ergo sola obedientia patientis pro nobis Christi, est id, qod nobis ad justitiam à Deo imputatur.*

Paralogismum hunc esse utrinq; præsumitur. idq; geminis planè qibusdam est à me demonstratum. qæritur, qæ ratio sit paralogismi.

123 Qam Sect. 10. n. 4. in Scripto primo Vir Cl. assignaverat, hæc est. qia *ad conclusionem exclusivam inferendam, non minorem, sed majorem qoq; propositionem, exclusivam esse oportet. qod scitè* scil. *monuerit Aristoteles.* lib. 1. *prior. Analyt.* c. 48. Hoc itaq; dicit, velle eo loco *Aristotelem*, ad propositionem exclusivam legitimè concludendam, reqiri, vel ut tam major, qam & minor (hoc enim innuere videtur, qod ait, *majorem qoq;*) vel ut major saltem sit exclusiva. Atqi nihil ibi *Aristoteles* de exclusivâ; nihil *scitum* Aristotelis *monitum illud*, qod Piscatorianam ratiocinationem attingat.

124 Etenim monitum est περὶ τοῦ ἐπαναδιπλουμένου ἐν ταῖς προτάσεσι. h. e. de eo qod reduplicatur & iteratur in Propositionibus; qod id termino majori annecti debeat. V. gr. primò in Conclusione affirmante. Si qis probare velit; *Salubre esse Scientiæ subjectum, qia bonum:* ratiocinatio sic erit instituenda, ut illud, *qia bonum*, vel *qâ bonum*, neq; medio, neq; minori termino, sed majori adjungatur. hoc modo:

Bonum est Scientiæ subjectum, qâ bonum. At salubre est bonum.

Ergo

Ergo salubre est scientiæ subjectum, qâ bonum. Alioqi si sic instituatur:

Bonum qâ bonum est Scientiæ subjectum.

At salubre est bonum, qâ bonum.

Ergò salubre est subjectum scientiæ.

Vel, Ergo salubre est subjectum scientiæ, qâ bonum. Paralogismus erit; cum & minor sit nugatoria; & conclusio ex præmissis sic conceptis, vel non seqatur, qæ debuit; vel alia ab eâ qæ debuit, inferatur.

In conclusione negante pariter. Si qis probare velit; *Hippiam non esse pictorem*, qâ Philosophum; sic procedendum fuerit.

Nemo Philosophus est pictor, qâ Philosophus.

At Hippias est Philosophus.

Ergo Hippias non est pictor, qâ Philosophus.

Sin sic velis procedere.

Nemo Philosophus, qâ Philosophus, est pictor.

At Hippias est Philosophus, qâ Philosophus.

Ergo Hippias non est pictor. vel, Hippias non est pictor, qâ Philosophus.

Et in minore nugatur: &, aut falsum concludit; Hippias non est pictor; aut, qod Præmissæ non dant; non est pictor qâ Philosophus.

Atq; huic obiter eo insisto lubentiùs; qia Scriptori è nostris cuidam haud ignobili, non animadversum, imposuerit. Hâc siqidem parte peccavit argumentum

gumentum, qod ipse tamen pro insolubili habebat, cum Ecclesiam Romanam non esse Christi visibilem Ecclesiam, sic colligeret.

Babylon, qâ est Babylon, non est visibilis Ecclesia Christi.

At Babylon est Babylon, qâ est Babylon.

Ergo Babylon non est visibilis Ecclesia Christi.

Etenim τὸ ἀναδιπλούμενον istic (ut identicam ac nugatoriam minoris enunciationem mittam) termino medio adjungitur; qod majori tantùm oportebat. Poterat tamen ratiocinatio ritè sic institui

Babylon non est visibilis Ecclesia Christi, qâ est Babylon.

At Roma est Babylon.

Ergò Roma non est visibilis Ecclesia Christi, qâ est Babylon.

Verum extra oleas, fateor, ista, nec expendi tamen animo, sed corrigendi, de semitâ in viam.

16 Ecqid itaq; ad Piscatoris syllogismum *Aristotelis* illud, cum neq; in illo ἀναδιπλούμενον qicqam, sed particula tantum exclusiva; apud istum verò de iterato tantum monitum detur, at de exclusivâ nihil?

Imo *inqit VirCl *in specie nihil fateor, sed in genere. nam* ἀναδιπλώσεως *sive duplicationis nomine qamcunq, termini syllogistici restrictionem sive limitationem intelligit; cujusmodi est vocula exclusiva.* hoc autem qi probat? ex ipsis *scil.* philosophi verbis, qi qod *in principio capitis illius* τὸ ἐπαναδιπλούμενον * Replic. Sect. 10. n. 17.

διπλέμενον, in progressu τὸ ἐπιγεγνόμενον vocat.

Atqi nihil proferre poterat Vir Cl. qod aut rationem suam minus firmaret, aut Piscatorem juvaret magis. Ecqid enim est τὸ ἐπιγιγνόμενον nisi prædicato sive attributo adjectum? num autem exclusiva semper attributo adjicitur? Qin nec in ratiocinatione Piscatorianâ, attributo illa, aut in assumptione, aut in complexione, sed subjecto duntaxat utrobiq; adjicitur. Nihil itaq; ad syllogismum Piscatorianum Aristotelis illud monitum: qum in eo non modò nihil ἀναδιπλέμενον, sed nec ἐπιγιγνόμενον qicqam compareat.

Adhuc igitur, per Viri Cl. præscriptionem ullam, firma satis consistit D. Piscatoris ratiocinatio.

* Αὕτη γάρ ἡ μήρινθος ἐδὲν ἕλκεν.

* *Aristophan. in Concionatr. Funiculus iste siqidem attraxit nihil. Vide ex Æliano. Suidam in* Ομε.

Videamus an altera, qam nunc apponit, plus polleat. Proinde (priore illâ tacitâ) nunc ait, ἀσυλλόγιστον *dixisse, qod propositio major illius particulariter rapium vera esset, qæ universaliter & exclusivè accepta, falsa existeret*. Qæri meritò poterat; Ad paralogismum præmissarum falsitas qid facit? de Syllogismi formâ, non materiâ agitur, ubi τῶ παραλογίζεσθαι vitium objicitur. Proinde hoc eodem Piscatoris Syllogismo Vir Cl. ipse in Scripto primo; ubi *formaliter consideratam* ἀσυλλόγιστον pronunciaverat; ob rationem supra ventilatam: tum; Sect. 10. n. 3. *materialiter autem*, inqit, *majore propositione ipsâ qoq; exclusivè acceptâ; ---deceptio & conclusio falsa*

*falsa existit, è majore propositione falsâ.* Materiam ergò, uti videtur, non formam attingit exceptio ista : aliudq; aliqid istic innuatur necesse est, qod formam attingat, si paralogismum esse probatum velit. Qod ego qidem qid sit, ariolari non possum ; nisi aut qod particularibus solis constare intelligat ; aut qod particularis sit propositio major, qæ in primâ figurâ semper universalis esse debeat.

129 Atqi per notę universalis absentiam, nihil obstat, qo minùs propositio universaliter sumatur. nec verò si universaliter etiam acciperetur, aut propositionis veritati qicqam decederet, aut paralogismo accederet medela ulla. qod in argumentis geminis perspicuum est, in qibus cum propositio major sit universalis, vitium tamen subesse, inde liqidò patet, qod ex veris prę-missis conclusio inferatur falsissima.

Hactenus ergò in paralogismi hujus
130 rationibus, qæ à Viro Cl. sunt assignatæ, excutiendis versati sumus, ad eam, qam ipsi dedimus, (si id potest) sartam tectam tuendam pergimus. Ea hæc fuit, adversus Piscatoris defensionem data, qi *præmissam utramq; affirmare* dixerat ; qia exclusiva utiqe negativæ vim habeat ; subsumtio autem, sive minor propositio, in primâ figurâ affirmativa esse debeat. Qod etiamsi *pro commento novo, & in Scholis Grammaticorum Logicorumq; inaudito,* explodat Vir Cl. animo tamen nondum excussit meo. Neq; enim, aut novum haberi debet, qod ratio dictat, & notio suggerit ea qæ voculâ aliqâ designatur ; aut Grammaticorum Logicorumve regulâ aliqâ opus est, qâ

qâ vocabuli cujusq; vis explicetur; præsertim, ubi statim eam, quæ sit, prodat, subjecta eidem notio.

Ecqid enim est aliud *solus*, qam *nemo alius qis, nemo nisi, nemo prætergquam*? *Solum*, qam, *nihil aliud, nihil nisi, nihil prætergam*? Nec affertur à Viro Cl. qicqam, qod contrarium fateri cogat. Etenim *non solum* idem valet, ac *aliud præterea aliqid*; *non solus*, ac *alius præterea aliqis*; qo modò *non nemo* simpliciter, idem qod *aliqis*; *non nihil*, qod aliqid, *nemo non* conjunctim, qod *omnes*; *nihil non*, qod *omne*.

Accedit rationi meæ suffulciendæ, & commento, qod nuncupatur, huic stabiliendo, qod in secundâ figurâ dari possit syllogismus, qi nisi particulæ exclusivæ ratione, negativè non concludat. In modo, qem *Camestres* appellant, is sic conficitur.

Omne risibile est rationale:
Solus homo est rationalis.
Ergo solus homo est risibilis.

Ex præmissis veris conclusio vera infertur: eaq; præmissarum vi datarum infertur necessariò: dato enim, *risibile omne esse rationale*, seqitur necessariò, *nihil posse esse rationale*, qod *non sit* *etiam risibile*: datoq; deinde, *nihil esse*, excepto homine, qod *sit rationale*; nihilo minus necessariò consequitur, *nihil homine excepto esse risibile*. Conclusio itaq; hæc, ex præmissis veris ritè dispositis, cùm necessariò consequatur, paralogismus certè esse non poterit. Cum verò secundæ figuræ formam

formam habeat, in qâ nihil affirmani legitimè concluditur, negativæ vim necesse est exclusivæ assignemus.

Qin &, qod Vir Cl. inde commentum hoc everti putat, qod si *solus*, & *solum* pro negantibus habeantur, tum *non solus* & *non solum affirmare dicentur*.

Id verò mihi istud confirmat magis. Parili siqidem ratione demonstrare licebit, formulas hasce affirmandi vim obtinere; qod in primâ figurâ, in qâ assumptio nulla negat, dari possit Syllogismus, ex cujus præmissis complexio necessariò inferatur; cum tamen formulis istiusmodi Propositio minor concepta fuerit. V.gr. in *Darij* sic legitimè concluditur.

Omne sensu præditum est animal.
Non solus homo est sensu præditus.
Ergo non solus homo est animal.

Et rursus:

Omnia colorata sunt corpora.
Non sola terrestria sunt colorata.
Ergô non sola terrestria sunt corpora.

Et reverâ, ecqid est aliud, *non solus homo* qam *aliqid præter hominem?* Ecqid *non sola terrestria*, qam *qædam non terrestria?* in qo enunciato negativa, pars est subjecti, non affectio vinculi: estq; proinde affirmativum. Nec hoc igitur ariete concutitur, nedum subruitur, commentum istud.

Atq; hæc de paralogismo proposito, ejusdemq; ratione, disceptationi huic insitiva sunto. Me verò norit Vir Cl. non

non esse meo (qod appellat) commento tantopere addictum, qin siqa vitij ejusdem indicandi, evincendiq;, ratio commodior expeditiorq; se obtulerit, prono animo deponere illud & derelinqere sim paratus.

---

---

# M. Ludovici

---

M. Ludovici Lucij Vindiciarum,

unâ cum

Tho: Gatakeri *ad easdem Responsione*,

Pars altera:

*De Notis replicatorijs ad Responsiones*

D. JOHANNIS PISCATORIS.

## De Sectione Primâ.

### *M. Lud. Lucij Vindiciæ.*

11. DE formulis dicendi de *Iustificatione*; *in Confessione* Helveticâ *usurpatis*, controversiam posse intendi; *ait Censor*: frigidè singula quis exigere velit. *Neq; tamen, quænam sint formulæ illæ, quæ censoriâ ipsius virgulâ dignæ videantur, indigitat; præter illam quâ Deus justitiam Christi nobis pro nostrâ imputare, dicitur.* L. L.

12. *Interea fortè sinistrum de Confessione publicâ judicij affectum de se prodat, ne quidem quid in illâ dicendi formulâ desideret, ostendit.* Verum nihil dicitur, *inquit*, quod non ad thesin à me superius propositam optimè quadret, *si commoda (neq; à confessionis sensu diversâ) adhibitâ* interpretatione.

THO. GATAKERI *Responsio.*

T.G.
* *Euripid. Æolo. apud Stob. cap.4. Rarus principij est exitus bonus mali.*

A calumniâ merâ orditur hic Vir Cl. (* Κακῆς δ' ἀπ' ἀρχῆς, τὸ λεγόμενον, γίγνεται τέλος κακόν) affectuq; indulget nimis; charitatis Christianæ fraternæq; interim minus memor, cum *sinistri de confessione publicâ affectus*, fratrem Christianum, citra causam justam, reum peragit. *Sinistrum* scil. de scripto aliqo *affectum prodit*, qi nonnulla, nec dogmata ea qidem, sed dicendi formulas duntaxat, in eo deprehendi dixerit, de qibus controversia posset intendi. An non de *Augustanâ* confessione tantundem ipse dixerit? An non, ut alias taceam, de Gallicanâ; qæ art.18. *totam nostram justitiam in peccatorum remissione positam esse*, disertè pronunciat? An non de Belgicâ; qæ art.23. *omnem fælicitatem nostram sitam esse in peccatorum nostrorum remissione, eâq; unicâ totam nostram justitiam coram Deo contineri*, verbis expressis profitetur? An non de qibusdam *Calvini* itidem in hoc ipso argumento usurpatis formulis, idem istud agnoscere, nî sua velit deserere, cogatur? qem ad dogmatis Piscatoriani defensionem ἄλλῳ τῷ θυλάκῳ, qod aiunt, affert D. Anton. Wottonus noster, de *Reconcil. peccator. part.1. lib.2. cap.4.* Hunc si est animus & otium, ubi consuluerit; videat, an non idem planè de *Calvino* sic pronunciaturus, qod de confessione *Helveticâ* hic ego? cogimur simul,

simul, quam sit æqo animo laturus, siqis propterea adversus *Calvinum* virgam arripuisse censoriam, sinistrumq; de scriptis illius affectum prodidisse insimulaverit.

12. 2. Ego verò, nec eam, qam Vir Cl. hic refert, formulam, qamq; ego non rejecerim, nec aliam ullam nominatim designavi: nec id opus esse autumabam; cum nec ad litem præsentem multum facere; & ambiguæ interpretationis esse viderentur; nec à confessionis hujus vel illius testimonio menteve controversi dogmatis veritas pendeat.

13. 3. Veruntamen, qia urget tantoperè Vir Cl. illud qam sit commodè enunciatum, ipse viderit; qod dicimur, *non solum mundati à peccatis & purgari, vel sancti; sed etiam donati justitia Christi: adeoq; absoluti à peccatis, morte vel condemnatione; justiq; deniq;, & heredes vitæ æternæ.* Si enim *à peccatis mundari & purgari* idem est ac *sanctum* fieri: ubi medium erit inter non-peccatorem & justum, qo Vir Cl plurimum nititur? tum *sancti* qo sensu istic dicimur? si sanctitatis formalis ratione, ecqid ista ad justificationem? Si imputatæ, qid hoc aliud est, qam qod postea *justi* nuncupamur? alia adjici poterant. sed ista sufficerint, è qibus qeat constare, posse de formulis illis controversiam moveri, siqis litigandi morbo laboraret, rigideq; singula exigere vellet.

14. 4. Qod, cum nihil hic dici, aiam,

qod non ad thesin meam optimè qadrat, si commoda admittatur, interpretatio, commodam illam interpretatur *à sensu confessionis diversam* : qærere merito possim à Viro Cl. unde ipsi, qis Confessionis sensus sit, innotescat ; aut sensum eum esse, qem is velit, qâ ratione firmarit. Certè qi, *propter solum Christum passum & resuscitatum*, ista omnia nobis donari pronunciant, ad nostram propius potiusq; qam ad illius sententiam, accedere videntur.

5. Illud porro observatum velim; Virum Cl. qum in sententiâ suâ primitùs proponendâ, jactitarit, * eam *cum Doctrinâ publicâ Ecclesiarum reformatarum, qalis qidem illa in Harmoniâ Confessionum expressa est*, consentire : ubi hoc erat probandum, unicam tantum ex omnibus, eamq; juris de sensu meritò controversi, istam, qæ pro se videatur facere, posse producere ; nullam planè, qæ *obedientiæ Christi qam legi divinæ agendo præstitit*, qod est Vir Cl. postulatum principale, mentionem ullam faciat. Cum contra D. Piscator pro se possit verbis disertis pronunciantes producere Confessiones, ut supra visum, Gallicanam & Belgicam. Qæ est autem vanitas, ad ea provocare, qo parti adversariæ creetur invidia, qæ pro causâ suâ, aut nihil omninò, aut certi clariq; nihil ; in contrarium autem, diserta nonnulla, proloquuntur.

* Sect. I. n. 2.

6. Mirum deniq; planè, etiamsi lis ista nondum esset orta, at Theologos tamen Ecclesiarum Reformatarum universos

versos, illud in Justificationis dogmate tradendo tacitum voluisse, qod esset in negotio isto caput præcipuum, si Viro Cl. fidem adhibemus, & absq; qo *Iustificatio integralis*, ut ipse loqi solet, nulla existat.

## De Sect. 2.

## M. *Lud. Lucij Vindiciæ.*

n. 1. *Dixi ego; duas sententias istas*, (qod meritum passionis & mortis Christi pertineat, ad nos à mortis reatu & legis maledictione redimendos; *&* qod meritum obedientiæ activæ pertineat, ad jus vitæ æternæ, & benedictionem *filiorum Dei, nobis recuperandam*) *continere approbationem, & prosyllogismum propositionis minoris in Syllogismo meo principali; istius nimirum*; Non solum passionis, sed etiam actionis, Christi meritum, esse Christi redemptoris & mediatoris nostri meritum. *Ad hæc Censor*; probari ista, *inqit*, non poponi simpliciter oportuit. *Tædium* scil. *laboris, in tot Syllogismis paulò ante contirue informandis impensi, captus Censor, indignum operâ suâ putavit prosyllogismum meum, qem in formam artificialem ipse redigeret: ut nihil probatum istorum, qæ dixeram, existimaret.* L. I.

n. 2. *Esto itaq; prosyllgoismus meus explicatus iste.*

*Non tantùm illud, qo nos a mortis reatu & maledictione redempti sumus; sed etiam,*

qo jus vitæ æternæ & benedictionis filiorum Dei nobis recuperatum est; meritum est Christi unici nostri mediatoris ac servatoris.

Atqi passionis & mortis Christi meritum, est illud, qo nos à mortis reatu & legis maledictione redempti sumus: Gal. 3. v. 13. Hebr. 2. v. 14, 15. Obedientiæ autem activæ Christi meritum est illud, qo nobis jus vitæ æternæ & benedictionis filiorum Dei recuperatum est. Rom. 5. v. 17, 18, 19, & cap. 10. v. 4. & seqq.

Non tantùm igitur passionis & mortis, sed etiam obedientiæ activæ meritum, est unici nostri mediatoris Christi meritum.

Numne adhuc, non probatum qod volebam: sed propositum simpliciter à me fuisse, qerulabitur Censor?

THO: GATAKERI Responsio.

T.G. Poterat hic, & se scribendi, & me rescribendi tædio levasse Vir Cl. si operæ suæ in prosyllogismo suo in formam artificialem redigendo, insumptæ frustrà, pepercisset. qorsum enim?

Qod si recitasse denuò est probare, probavit ea Vir Cl. qæ proponit istic. Siqidem id qod probatur, conclusionem (nî ego fallor) conficere debet. at qæ istic proponit, nec probari dicuntur, assumptione continentur. nec adhuc ergo qerulandi causa tollitur.

L.E. Liberationem porrò à maledictione legis, morte

morte Christi maledictum partam, destinatum antecedens, & causam duntaxat sine qua non, benedictionis consequendæ; non verò causam illius meritoriam esse, à Paulo doceri, dixi, Gal 3. v. 13, 14. Ad hoc quærit Censor: An non is, qui damnatum à morte liberat, eâdem operâ eidem vitam procuret? Vitam procurat, inquam, naturalem; at non æternalem, gloriosam, & beatam, tanquam præmium bene-merito attribuendam.

24. Et, quomodo illud absq; hoc vel præstitum sit, vel præstari possit, docuit nos Censor ipse * supra ad p. 25 inquiens: Nemo dixerit latronem morti addictum, si Principis benignitate veniam adeptus fuerit, vitam præmij loco accepisse. Item * quum adoptionis jus ad hæreditatem cœlestem amplius quiddam esse, profitetur, quam sit vita æterna simpliciter considerata: quippe cum gloria cœlestis vitæ æternæ (simpliciter & naturaliter consideratæ) sit adjunctum contingens ac separabile. Id quod reverà exemplis diabolorum hominumq; damnatorum, claret. * Ad 1 P. Respons. Animad. Sect. 8. n. 18. * Ibid. n. 23.

T.G.

n. 3. De istis satis est superius disceptatum (ad Scrip. 1. Sect. 6. n. 1, 2. & Sect. 8. n. 4, 11, 14.) Quanquam, 1. nec tanquam bene meritis præmium gloriæ cœlestis nobis retribuitur. Neq; enim meritum nostrum ullum est; etiamsi omnia, quæ nobis fuerint præcepta, perfecerimus. Optimè Primasius ad Rom 4. Quum justificat impium, divina miseratio, locum meriti non potest habere præsumptio. debitor

*tor enim est, antequam pareat præceptis; & nisi paruerit, damnatur. Si autem fecerit, non habet gloriam, qia inutilis servus est, qi nihil amplius operatur, qam debet,* n.5.
scil. *Luk* 17.v.10. n.7.

2. Nihil qicqam è meis alibi dictis, n.4.
ei qod est à me istic affirmatum, repugnat. nam & è morte sublata vitam conseqi necessariò; & vitam ejusmodi, qæ morti illi, qalisccunq; fuerit ex ad- n.6.
verso respondeat, cum istic, tum & alibi pssim, constantèr affirmo. Nec seqitur vitam latroni non concedi necessariò ex morte condonatâ, qia *tanqam* n.8.
*præmium benè merito non tribuitur.* Nec idcò, aut justitiæ Christi actuali imputatæ, aut non mortis merito, gloriæ cœlestis adeptio tribuitur; qia amplius esse qiddam, qam vita æterna simpliciter considerata, qodq; nec justificationis, sed adoptionis beneficio obveniat nobis, perhibetur.

L L. *Asserui ego contra Dominum Piscatorem, nusqam tradere Scripturam* meritum n.5
mortis Christi sufficisse, ad jus vitæ æternæ, & benedictionem filiorum Dei nobis acqirendum. *Contra arguit Censor:* Si meritum mortis ad mortem tollendam sufficit, & ad vitam introducendam sufficiat necesse est. *At non ad vitam beatam & gloriosam, de qâ solâ in nostrâ qæstione sermo est.*

*Qorsum* de spinis & vepribus runcandis *aptissima est* collatio; *ea qod* constet, n.6.
ex runcatione fructificationem, ex spinis sublatis fructum desideratum *minimè* conseqi, *nisi etiam sementis idonea facta fuerit.*

De

n.5. De istis ad superiora ego lectorem remitto, quorsum enim eadem repetendo molestus sim? T.G.

n.7. *Pergit Censor, & quærit*; An non Christus factus sub lege dicatur, ut à lege nos redimeret? *Gal.* 4 v 4, 5 *Quis negat? Sed non ad hoc tantum; verum etiam,* ut adoptionem acciperemus, *dicit Apostolus.* L.L.

n.6. Atqui aliud est, *non ad hoc.* aliud, *non ad hoc tantum.* illud istic, non istud negatum fuerat. Verum * de loci sensu alibi est dictum. T.G.

* Script. Sect. 2. n. 14. 15.

n.8. *Paulum*, Hebr. 7. v. 26. & 27. & *Petrum*, 1. Ep 1. v. 18, 19. *utrumque de nativâ duntaxat, seu originali sanctitate atque innocentiâ Christi expressè scribere, dixi. Contra sic argumentatur Censor:* Si ad justitiam actualem nobis imputandam, obedientia Christi activa necessariò requiritur; quidni & ad justitiam habitualem nobis etiam imputandam, nativa Christi sanctitas fuerit necessaria? *At inconsequens est connexum istud, ob disparem antecedentis & consequentis in eo rationem. Tametsi non quà* tam ista *habitualis justitia,* quam illa *actualis,* ad vitam æternam consequendam exigatur: *aliter tamen ista, quam illa. Actualis siquidem justitia requiritur, ut meritoria causa præmij vitæ æternæ consequendi: habitualis autem justitia & sanctitas requiritur ut formalis ratio ad integritatem personæ justificandæ pertinens.* L.L.

n.9. *Atque hactenus verè affirmari potest, etiam nativam Christi sanctitatem, &*

*justitiam habitualem nobis imputari; ut non ut meritum vitæ æternæ consequendæ; sed ut conditionem personalem, qâ tales in ipso reputemur, quibus etiam meritum obedientiæ illius utriusque per fidem imputari queat. quo etiam nomine Apostolus Christum, non justitiam modò, sed & sanctificationem, à Deo nobis factum, asseverat*, 1. Cor. 1. v. 30.

*Quod si ergò* mors Christi ita vitij originalis meritum malum tollat; ut *aliâ tamen ratione*, nativâ quoque puritate imputatâ nobis opus sit: Quidni & peccatum actuale ita extinguat, ut obedientiam actualem imputari insuper etiam necesse sit? *nimirum ut meritum, non quo peccatum extinguatur; sed vitæ æternæ præmium acquiratur.*

T.G. *Vindic. Script. Sect.1.n.6. Atqui meminisse debuerat Vir Cl. in progressu *distinxisse se, ut *Christi justitiam habitualem ad formalem ipsius, quâ hominis, integritatem pertinuisse* affirmaret, actualem haud item. quo modo autem id nobis deputabitur, quod ad ipsius formalem integritatem necessariò requirebatur?

2. Quod *Christus nobis sanctificatio factus* dicitur; non probat sanctitatem ipsius nobis imputari, quæ nos *scil.* sanctos censeri faciat. imò interpretatio hæc, cum sit novum ipsius commentum, (interpretum enim grex, quem ego quidem oculis usurpavi, totus aliorsum abit; & de sanctitate non imputatâ, sed impertitâ exponit, ex *Joan.* 1. 16) frustrà à Viro Cl. ad dogma suum statuminandum, tibicinis loco,

loco, adhibetur; novoq; plane fulcro opus est, quo ea ipsa suffulciatur.

109 3. Nisi in recens nato infante novum medium aliquod inter vitium innatum & puritatem nativam; sive inter *injustitiam habitualem*, & *justitiam habitualem* (ut cum ipso loqamur) excogitare potuerit, ad vitium innatum morte Christi sublatum puritas nativa, ad injustitiam habitualem extinctam habitualis justitia, necessariò consequitur; ut novo hoc, puritatis nativæ imputatæ ulterius commento nihil opus sit.

110 4. Deniq; animadversione haud est indignum, qâ ratione Vir Cl. rem velit procedere in Justificationis nostri negotio. Primo loco vult, *sanctitatem Christi nativam justitiamq; habitualem nobis imputari, qâ tales reputemur, qibus meritum obedientiæ illius utriusq; per fidem imputari qeat.* hoc est. ni fallor, ut habitualiter sancti justiq; habeamur. qo modo enim imputata sanctitas ac justitia non faciat, ut pro sanctis justisq; habeamur? tum imputatur meritum mortis Christi, qo peccati (tam habitualis, credo, qam & actualis) reatus tollatur. demum justitiæ actualis meritum imputatur, qo vitæ æternæ jus comparetur. Qasi verò aut mortis Christi meritum imputari nobis neqeat, nisi pro sanctis prius habeamur; aut pro sanctis etiam haberi possimus, qibus peccati reatus, nativi saltem nondum fuerit abolitus. verùm ista qam sint ἀσύςατα, pensitandum alijs relinqo.

Adhæc

L. L. *Adhæc objicit Censor, si obedientia Christi ideò imputatur fidelibus; ut actualis justitiæ loco illis accenseatur, infantibus servandis ea minus erit necessaria.* Et qare? obsecro. Num qia ab infantibus per usum rationis justitia actualis nondum exigitur? *Qid enim? numne gratiam & donum justificationis atq; salutis ex usu actuq; externo rationis humanæ suspendit Censor? Qid igitur fiet etiam adultis illis miseris, qi seu fatui nati, seu phrenetico morbo correpti sunt?*

*Atqi ego existimabam, creaturam rationalem, qà talem, naturaliter ad obedientiam Deo & legi ipsum præstandam obligari.*

*Infantile* itaq; conseqens est; Qosdam adultos *scil.* rationis usu pollentes, Christi imputatis, tum perpessionibus, tum & obedientiâ simul servari; qosdam vero, infantes nimirum, *& adultos mentis impotes*, illis duntaxat, non & istâ, *imputatis*, ad salutem conseqendám opus habere. *neq; enim salus hominibus imperfectis in hâc vitâ, sed in nativam suam integritatem restitutis, continget; qales qidem post resurrectionem beatam, qippe ἰσάγγελοι, futuri sunt*, Mat. 22. v. 30.

T.G. 1. Ἀπροσδιόνυσα planè erotemata illa, *num gratiam Dei &c. ex rationis humanæ usu actuq; suspendam*; & *qid fatuis* scil. *misellis futurum sit.* Ecqid enim ad me, aut qod ego hic, ista? nunqid gratiam ad salutem necessariam aut fatuis, aut infantibus nego? nunqid a justifi-

justificationis, aut salutis, gratiâ alterutros excludo?

112 2. *Qi legem Dei obedientiæ actus* ab infantibus exigere dixerit, idem infantes utero adhuc conclusos actualiter delinqere dixerit, qod actus obedientiales inter viscera materna non præstent, nec inter pariendum parentis jam parturientis, atqs obstetricis assidentis, voluntati operæqs sedulò accommodent sese, qo minore cum molestiâ in lucem hanc prodeant. qod utrumq, qam sit ab omni ratione alienum, nihil ipse dicam, alij viderint. A creaturâ, fateor, rationali omni obedientiam actualem naturalitèr exigit lex divina. Verum non ibi exigit, ubi agendi facultatem naturæ, non ex corruptionis vitio, sed ex conditionis ipsius lege, non concedit. Non est nescius V.Cl. triti illius axiomatis, *obligare mandatoria semper, non ad semper*.

113 3. Inepta sane est conseqentia, *Salus in vitâ futurâ perfectis obtinget*: ergò *ab imperfectis*, nec moralitèr agendi qicqam capacibus, qia tunc *scil.* capaces futuri sunt, lex actus morales exigit.

114 4. Firma itaqs consistit argumentatio *infantilis* ista. qę qo perpendatur melius, explicata, sic habet.

Eodem planè Christi merito, tam infantes, qam & adulti, servantur.

At obedientiæ Christi actualis merito non servantur infantes.

Ergo nec adulti.

Propositionem pro concessâ habemus. Assumptio

Assumptio sic probatur.

Qoad justificationem imputato opus non habent infantes, eo non servantur.

At obedientiæ Christi actualis merito ad justificationem opus non habent infantes.

Ergo eo non servantur.

Propositio, puto, non negabitur. Assumptio sic probatur.

A qibus obedientia actualis non reqiritur, ij obedientiæ Christi actualis merito ad justificationem opus non habent.

At ab infantibus obedientia actualis non exigitur.

Ergo infantes obedientię actualis Cristi merito ad justificationem opus non habent.

Nec hic (opinor) propositionem negaturus est Vir Cl. Assumptionem autem ab ipso mox, non concessam tantùm, sed confirmatam etiam sumus habituri.

L. L. *Ad meam negativam, qod hominis reatus abolitus justitiam eidem non acqirat: Censor, qasi obstupefactus, & qasi de re prensus absurdâ, qærit, Itane inter reatum & justitiam datur medium? Qidni? inqam. status scil. innocentię.*

At audi *Mosen*, Deut. 27. v. 26. & ex *Mose Paulum*. Gal 3. v. 10. *At audiat seipsum Censor, inqam: ab infantibus, & adultis, qi rationis impotes sunt,* legis obedientia actualis non exigitur. *Ergò de istis neq;* Moses, *neq; ex* Mose Paulus, *qicqam pronunciat.*

Qis autem tandem innocens iste, qi non

non & justus? *Is omninò, qi neq; pœnæ amplius damnas, neq; præmio dignus est. v. g.* Latro morti addictus, qi Principis benignitate veniam adeptus est; nec tamen vitam præmij loco accepit: *fatente Censore ipso,* * *supra ad p.* 25. *Animad. ad Resp. *I.P.* Sect. 8.n.11.

17 Aut qomodò non justus qi nihil unqam deliqit? *qatenus à pœna immunis, nihil præmio dignum patravit; uti is qi nemini noxius, de suo tamen facit qod vult.*

18 Aut si deliqit qomodò jam innocens? *nempe qà deliqit, haudqaqam innocens: at qatenus delicti, seu pœnam luit, seu veniam impetravit, non ampliùs pœnæ reus; nec tamen propterea præmio dignus censetur.*

19 Certè innocens qi fuerit, haud erit morti obnoxius: qi verò mortem non meruit, procul dubio victurus est. *At non propterea victurus vitam gloriosam atq; beatam.*

20 Videat *igitur Censor* Bellarminum *ipse; ac, si placet, Faustum Socinum etiam, disput. de Christo servatore,* l. 4. c. 4. *& juratos obedientiæ Christi ac justitiæ imputatæ hostes, sibi ὁμοψήφους recognoscat.*

21 Nam de præmij merito, se planè, qid sit, nescire, *qod dicit; inanis est professio. Cum pueri qoq;, præmij meritum, præmio dignum esse factum, noverint.*

De istis etsi est uberrimè in precedentibus disceptatum: denuò tamen aliqid dici necesse est. T. G.

1. Esto, *de adultis tantum* locutum *Mosen*, & ex *Mose Paulum*. ergò inter reatum & justitiam in adultis saltem medium non datur.

2. Ego verò meipsum qoq; audio. Ab infantibus actualis obedientia non exigitur. Ecqid tum postea? ergò in infante dabitur medium inter reatum & justitiam? qasi verò non injustus nascatur infans. medium ἐν τῷ δικαίῳ qęrimus. neq; enim reatus & justitia secùs opponuntur. in creaturâ rationali, agendi capace, inter reatum & justitiam actualem; in incapaci, inter reatum & justitiam habitualem, medium dari negatur.

3. Se vicissim audiat paulisper Vir Cl. Qi *medium* suum *innocentiæ statum* adversus *Mosis* testimonium tueri non potest, nisi ut de adultis tantùm *Mosen* locutum præscribat; is fateatur necesse est, *ad obedientiam actualem non teneri infantes*, alioqi sanctioni illi *Mosaicæ* obnoxios futuros. ita confirmatur, qod supra negare sustinuit; & ratiunculâ inani de *creaturâ omni rationali ad obedientiam præstandam naturalitèr obligata*, ibat infirmatum.

4. *Latronem* verò qod attinet; haud is ideo minus censetur injustus, qod aut *pœnam luerit*, aut *veniam* ejusdem *sit consecutus*: nî pœna illa ejusmodi sit, qæ scelus admissum plenissimè compenset. qod si factum fuerit, culpâ jam per justam compensationem sublatâ, pro justo nihilominus jure censebitur, qam si scelus illud non admisisset.

5 Fallit

Fallit Vir Cl. & ambiguo ludit, cum pœnæ reum non ampliùs dicit eum, qi est culpæ veniam consecutus. neq; enim de pœnæ, sed de culpæ, reatu agitur, ubi justitiæ reatus opponitur. Si autem culpæ haud ampliùs reum constituit, culpæ venia condonata, etiam inculpatum constituat necesse est. qod est à ratione alienum. Itaq; pœnæ reum non ampliùs si vult eum, qi est pœnâ immunis; etiam latronem veniam consecutum, non negabimus, pœnæ reum jam non existere, at si pœnæ reum eum voluerit, cui pœna jure debeatur, pœnæ reum nihilominùs jure censebimus, etiam cui pœnæ venia fuerit indulta. istud autem in justificatione, qâ justificatio, non & illud, attenditur.

6. *Meritum præmij*, qid istic sit, meritò qæro; nec est qod ad pueros hoc docendum amandet. ab ipso Viro Cl. edoceri cupio; non qid sit, (qanqam nec hoc, puerorum nomine, accuratè satis explicat; qum sit aliud factum, aliud meritum facti, subjectum illud, adjunctum istud; nec possit qidpiam esse sui ipsius, vel adjunctum, vel subjectum) sed qid *istic* sit, qid istic faciat. Ecqod enim justitiæ observatæ præmium proponunt leges humanæ? ecqod meritum ejusdem ex jure divino? possem puerile nimis, meritò pronunciare, præmio dignum necessariò censere, qicunq; in foro vel humano, vel divino etiam, justificatur. Sistantur coram judice litigantes duo, qorum alter,

alter, alterum furti insuset; si reus falsò insimulari se comprobaverit, an non justificabitur? at num ideò præmio nescio qo dignus censebitur? Conspirationis adversus *Saulum* initæ accusatus *David*, innocentiæ suæ testem judicemq; Deum appellat. *Iudica me*, inqit, *secundum justitiam meam, qi corda hominum scrutaris*. Psal. 7. v. 8, 9. Deus pro *Davide* hâc in causâ si sententiam tulerit, an non *Davidem* justificasse dicetur? ecqod tamen præmium commeritum *Davidem* dixeris, qod insidias *Sauli* neutiqam struxerit? verum de præmij merito ad qemq; meritò etiam justificandum necessariò prærequisito, haud temerè, opinor, deprehenderunt, aut Theologi, orthodoxi saltem, aut Jurisconsulti etiam, sani, qi Viro Cl. sint suffragaturi.

7. Qia, *Vide* Bellarminum *de Iustificatione*, l. 2. c. 16. ad animadversionis hujus calcem adscripseram; qandoqidem is tunc proximus ad mentem mihi numq; cum hæc chartis illinerem, & ad Scholasticos idem eô loci digitum intendit, qi istud fusiùs disceptarunt: non sine stomacho Vir Cl. & ad Scholasticos amandat; indeq; invidiam odiumq; causæ meæ creare posse se putat, qod ὁμο-ψήφους hîc habeam *juratos obedientiæ Christi ac justitiæ imputatæ hostes*.

Ubi possem virorum illustrissimorum exemplo me tueri; qi Theologorum Scholasticorum, qi *Bellarmino* nihilo puriùs rem tractarunt Theologicam, nihilo

nihilo sanius in plerisq; sentiunt; imo & Bellarmini qandoq; ipsius; vel nomina advocant, vel loca indicant, in qibus eadem secum, vel tradere, vel tractare comperiantur. Possem & ipsum sibi virum Cl. objicere; qi Aristotelem, hominem ne Christianum qidem, non semel appellet.

13 Verum nihil ejusmodi mihi suffragijs est opus. Veritatem ego citra προσωποληψίαν, ubicunq; & apud qoscunq; occurrerit, pronus amplector: nec tantùm apud juratos justitiæ Christi imputatæ, sed & apud juratos nominis Christiani hostes, deprehensam ei admiserim, impietatis reum jure merito censendum haud abnuam. Et multo magis, si alibi repertam, aut prius compertam, abjecerim; qia non ejusmodi tantum homines, sed vel Dæmones ipsos eandem mecum pariter agnoscentes deprehendam. Siqidem qod de Christo confessus est *Petrus*. *Mat.*16. v.16. & *Ioan.*6.v.69. idem ipsum, & eisdem fere verbis, Dæmones ipsi professos tradunt Evangelistæ. *Mar.*1.24.& 5.7.& *Luc.*4.41.

14 Qinqam inter orthodoxos, & notæ etiam primariæ, plures iri deprehensum neutiqam desperem, qi meæ hâc in parte sententiæ, qam qi Viri Cl. commento huic, rationis omnis experti, de medio nescio qo inter peccati reatum sive injustitiam & justitiam constituto, suffragium suum sint concessuri. Disertè sanè D. Pareus ad *Rom.*4.7. *Peccatum & justitia in Dei judicio sunt*

*Contraria*

*Contraria ἄμεσα, in qibus necessaria est consequentia à negatione unius ad positionem alterius, & contra. Ubi peccatum, ibi non est justitia: ubi non peccatum, ibi justitia.* Itaq;, si placet, *Bellarmini* vel Socini loco, Pareum substituere Viro Cl. licebit.

Qin, nec illud prætereundum fuerit, *Bellarmino* Socinoq;, nostrorum qorundam locutiones minùs cautas, minùs commodas, dogmata qoq; si ad obrussam exigantur, minùs proba, argumentaq; minùs solida; inter qæ & istud qod tanto nisu Vir Cl. contendit; ansam subministrasse, cum de Protestantium sententiâ in controversiâ hâc de Christi merito ad justificationem imputato, secius sentiendi, asperiusq; pronunciandi; tum & telis nostros eis appetendi; qæ etiamsi dogmatis ipsorum mentem veritatemq; non attingant, causam tamen nostrorum infirmare videantur.

*Bellarminum* qod attinet; (nam Socinum, impietatis hâc in parte manifestum, nihil moror) tantum abest, ut *juratum justitiæ Christi imputatæ hostem* pronunciare, aut hoc nomine cum Socino conjungere ausim, ut contra (nam cuiq; qod est suum tribui, lex æqi justiq; postulat) de justificationis nostræ causâ meritoriâ orthodoxè satis sentire existimem. Sic enim is de Justific. *l.*1 *c.*1. *Est hoc loco breviter annotandum; Christum non esse causam* (Justificationis) *meritoriam; qasi pater in gratiam filii nobis peccata dimiserit; qomodò sæpe reges in gratiam amicorum potentium*

reos absolvunt: Sed, quoniam pretium redemptionis exactum persolvit, & ex rigore justitiæ, pro nostris omnium sceleribus satisfecit. Id enim significant scripturæ, cum vocabulo redemptionis utuntur. Ecquid adversus Socinum poterat dici disertiùs? Et rursus, l. 2 c. 7. rat. 4. (Cum Christi justitiam nobis imputari dicunt,) si hoc solùm vellent, nobis imputari Christi merita, quia nobis donata sunt, & possumus ea Deo Patri offerre pro peccatis nostris, quia Christus suscepit super se onus satisfaciendi pro nobis, nosque Deo Patri reconciliandi, recta esset eorum sententia; quamvis modus loquendi in Scripturis & Patribus, aut nunquam, aut rarissimè inveniatur. Et cap. 10. ad arg. 1. Rectè dicitur Christus justitia nostra, non quod justi simus (formaliter nimirum) eâ justitiâ quæ est in Christo nobis imputatâ: Sed primum, quia Christus causa est efficiens nostræ justitiæ. sic enim dicitur justitia nostra, quomodò dicitur sapientia, & redemptio nostra, 1. Cor. 1. 30. & alibi, pax nostra, Ephes. 2. 14: quia videlicet nos redemit, & justos ac sapientes fecit, & Patri suo reconciliavit. Deinde dicitur Christus justitia nostra, quoniam satisfecit Patri pro nobis; & eam satisfactionem ita nobis donat & communicat, cum nos justificat, ut nostra satisfactio & justitia dici possit. Et hoc modo non esset absurdum, si quis diceret, nobis imputari Christi justitiam & merita, cum nobis donentur & applicentur, ac si nos ipsi Deo satisfecissemus. Hæc ille: à Socini mente dogmateque

qam longissimè dissita, qæq; *jure* *justitiæ Christi imputatæ hostem* non sapiunt. Nam de operum merito, qod is perperam propugnat; (cum tamen verbo tenus saltem Vir Cl. sæpius inculcet;) deq; justificandi vocabulo multis in locis secius accepto, eaq; appellatione renovationis cum remissione comprehensione; (qod tamen ζήτημα ὀνομάτων tantùm esse videtur) aliisve, qæ qs passim scatet, erroribus pessimis ac perniciosis, nihil dico. Verum ista, de Christi merito ad justitiam nobis imputato, controversiâ, si dextre sumatur, cum nostris haud paucis, ipse plane consentit. Ea vero oppugnat, qæ tenere nos, vel suspicatur falsò, vel affingit nobis; *formaliter* scil. *sive inhærenter justos constitui ex justitiâ Christi imputatâ*; *justitiamq; formalem*, sive qæ inhæreat, *veram nobis nullam omninò existere.* qorum neutrum reveiâ nostrum est.

Cæterum, ista utcunq; sese habuerint, non est candoris ingenui, (qod Vir Cl. hic facit) ubi argumenta deficiunt, ad convicia, confugere; & qæ falsi neqeas evincere, odio velle prægravare.

E. L. At mittatur hypothesis ista, *inqit, de voluntate Dei perfectè nos beare volentis*: & ex rei ipsius naturâ *judicium instituatur. Sic, ait Censor*, nec inter justitiam & injustitiam, nec inter vitam & mortem, in subjecto utriusq; capaci, ullum datur aut unqam dabitur medium. Μέγα λίαν hoc est *Censoris* τῶ ἐν ἀρχῇ αἰτήματι, & *frustranea*

*proteleutium*, *citra probationem ullam*, *repetitio*.

Hic itaq; nodus, in quo revera totius negotij istius cardo ipse vertitur, non tam leviter & *simpliciter negando*, remittendus fuerat, sed & explicatius proponi, & validius confirmari, quod hic asseritur, debuerat. *Quod si enim inter justitiam & injustitiam, in subjecto utriusq; capaci, nullum medium datur; cur is, qui rebus suis citra alicujus noxam utitur vel abutitur; aut qui citra προαίρεσιν, etiam noxam alteri facit, propterea neq; justus, neq; injustus haberi dicique meretur?*

*Si inter vitam & mortem, moraliter consideratam, nunquam dabitur medium; qui ergo fit, ut nemo recte dixerit, Censore ipso judice, Latronem morti addictum si principis benignitate veniam adeptus sit, vitam propterea praemij loco accepisse? aut cur gloria coelestis, vitae aeternae simpliciter & naturaliter acceptae, adjunctum duntaxat contingens ac separabile, censeri debeat.*

Uter nostrum τοῦ ἐν ἀρχῇ αἰτήματος reus merito peragatur; Vir Cl. qui toties ista sine probatione ulla inculcaverat; an ipse, qui rationibus adjectis, haud semel, rejecerim, aliorum esto judicium. T.G.

Nam, quae hunc Animadversionum istarum occasione, eis adducit firmandis, quae in disceptatione priore nude tantum proposuerat, non impediunt, quo minus ea tunc postulaverit, quae probationem desiderabant. Quae autem probationis loco istic ex integro reiterantur,

eis

eis satis est suo loco in præcedentibus responsum.

L. L. Gratia donumq; justitiæ, *Rom* 5. v. 15. *offensæ* Adami *opposita*, neqaqam gratuita Dei erga suos benevolentia esse potest; *secùs qam opinatur Censor*; qoniam *effectus ipsa causa sua esse neqit*. Sed *est* Christi satisfactio *obedientialis* eis imputata, *qæ* justitiæ *impletæ* vicem obtinet; *non item* justitia aliqa *alia*, morte Christi parta; *qæ tanqam non ens, neq; in Deo, neq; in Christo, neq; in hominibus subjectivè existens*, gratuitò *proin*, & ex favore mero credentibus imputari *neqit*.

T. G. 1. Verba mea pervertit planè Vir Cl. qi non dixi, nihil obstare, qo minus gratia *Dei donumq; justitiæ, sit gratuita Dei erga suos benevolentia*; Sed qo minùs *gratia Dei, donumq; justitiæ, sit gratuita Dei erga suos benevolentia, Christiq; satisfactio eis imputata*, qæ justitiæ vicem obtineat. Nihil est autem necesse, ut effectus sui causa dicatur, si causa cum effecto copulativâ interjectâ connectatur.

2. Qi *justitiam Christi morte partam* (qam *Bellarminus* etiam ipse, in hoc Viro Cl. sanior & orthodoxus magis, agnoscit) tanqam *non ens, neq; in Deo, neq; in Christo, neq; in hominibus subjectivè existens*, traducit, & pro nihilo habet, de mortis Christi merito idem dixerit. Certè *innocentiam* saltem Christi morte partam non abnuet, qi hanc medium inter reatum justitiamq; constituit. At de innocentiâ eadem

comparatâ, ista nos qidem neutiqam affirmabimus, ne impietatis arguamur; ab ipso tamen qærere haud indignum censemus, an & hanc habeat pro non ente, qod nusqam *scil.* subjective existat.

n.26 *Qod verò dicit Censor,* gloriam cœlestem (*qan tamen* amplius qiddam esse qam qod in *Adamo* amissum est, non inficias it) non justificationis vi nobis obtingere, non magis qam adoptionem ad hæreditatem cœlestem; sed justificationem antecedens *duntaxat* necessarium existere gloriæ illius conseqendæ: *eo ipso & Apostolo adversatur; & mihi injuriam facit, in partem falsitatis istius tanqam* Authorem ipsum, *me asciscendo* L.L.

n.27 *Apostolo qidem adversatur, qi gloriam cœlestem filiorum Dei justificationis beneficio, tanqam causæ, transcribit,* v. 17. *inqiens*; eos qi gratiæ & doni justitiæ redundantiam accipiunt (*per fidem utiq; sibi imputatam*) in vitâ regnaturos esse. *Et*, v. 18 δικαίωμα redundasse in omnes ad justificationem vitæ. *Et*, v 19. per unius Christi obedientiam justos constitui multos; *ac proinde hæredes vitæ æternæ*.

n.28 *Mihi verò injuriam facit: Qippe qi nunqam sensi, nunqam scripsi, justificationem integram, & qidem qoad justitiæ Christi imputationem, antecedens duntaxat necessarium; non item causam existere gloriæ cœlestis conseqendæ. Sed de loco* dissimili ad Hebr 9. v 15. dixi; *Mortem Christi intervenientem,*

*& inde manantem remissionem peccatorum, (qi actus est tantùm partialis prior justificationis) necessarium antecedens; non causam meritoriam, vitæ æternæ conseqendæ, esse: id qod verbis Apostoli, ibidem loci, examussim respondet.*

T.G. 1. Apostoli verba non affirmant gloriam cœlestem, regnumve cœleste, justificationis vi obtingere; sed eos duntaxat, qi *gratiæ & doni justitiæ redundantiam accipiunt, in vitâ regnaturos; δικαίωμα redundasse in omnes ad justificationem vitæ;* &, *per unius obedientiam justos constitui multos.* hæc sola (citra ipsius insitiva glossemata) sunt Apostoli in locis citatis verba. Ex istis syllogisticè si qid conclusisset, in promptu foret, qod responderetur. qid autem, si dixisset, qod *Ioannes Apoc.* c. 20. 6. eos, *qi in primâ resurrectione sortem habent, in vitâ regnaturos?* num hinc constaret, vi resurrectionis primæ, regni cœlestis gloriam regenitis obvenire? aut qia dixerit, ad *Tit*. 3. *v*. 5, 6, 7. *Spiritum sanctum in regenerationis lavacro super nos effusum, qô gratiâ ipsius justificati; hæredes existamus vitæ æternæ:* ideò poterit concludi, justificationem ac hæreditatem cœlestem eisdem regenerationis virtute obtingere? nam morte exclusâ vitam necessariò consegi, nihil est opus repetitu. Obedientiæq; nomine aliam ab eâ ipsâ de qâ Apostolus idem ad *Philip*. 2. *v*. 8. designari, nî probaverit, nihil effecerit. sed nec de *justitiâ per fidem imputatâ*, qid-

qu

qam opus est adjectu.

232 2. Non est, qod fremat tantopere Vir Cl. cum nullâ illum injuriâ affecerim. neq; enim ulla illi fit injuria, si de hoc Apostoli loco παρῳδήσαι, verba ipsius usurparim; eisq; de justificatione id enunciarim, qod ille de remissione peccatorum. neq; enim de justificatione hoc illum dixisse affirmo: sed de justificatione verbis ipsius me loqi.

233 3. Me potiùs injuriâ affectum, conqeri possim; utpote cujus verba, qô calumniæ ansam habeat aliqam, nodumq; qærat in scirpo, à sensu genuino, manifestoq; eo, Vir Cl. detorqet. Illud enim, qod dixeram. *Sed qod Autor ipse de simili loco,* &c. ipse ita interpretatur, ac si sententiæ, sive *falsitatis*, ( ut ipse loqitur ) meæ *Autorem ipsum* faciam. verum hâc in parte, non hîc primò Vir Cl. peccavit.

234 4. Qod locum illum ad *Hebr.* 9.15. huic ad *Romanos* 5.17. consimilem esse negat: fateor eqidem non per omnia hunc illi parem. Efficacior enim & luculentior est, qam iste, alter ille, ad causalitatem aliqam concludendam. Cum enim istic dicatur tantùm, *eos qi doni justitiæ participes fuerint, in vitâ regnaturos:* ibi dicitur, *ut per mortem ad redemptionem transgressionum, vocati promissionem accipiant hæreditatis æternæ.* tamq; ab isto, imò ab isto potiùs, de hæreditate æternâ Christi morte acqisitâ, qam ab illo, justificationis vi eandem

*& inde manantem remissionem peccatorum, (qi actus est tantùm partialis prior justificationis) necessarium antecedens; non causam meritoriam, vitæ æternæ conseqendæ, esse: id qod verbis Apostoli, ibidem loci, examussim respondet.*

T.G. 1. Apostoli verba non affirmant gloriam cœlestem, regnumve cœleste, justificationis vi obtingere; sed eos duntaxat, qi *gratiæ & doni justitiæ redundantiam accipiunt, in vitâ regnaturos; δικαίωμα redundasse in omnes ad justificationem vitæ*; &, *per unius obedientiam justos constitui multos*. hæc sola (citra ipsius insitiva glossemata) sunt Apostoli in locis citatis verba. Ex istis syllogisticè si qid conclusisset, in promptu foret, qod responderetur. qid autem, si dixisset, qod *Ioannes Apoc. c.* 20. 6. eos, *qi in primâ resurrectione sortem habent, in vitâ regnaturos?* num hinc constaret, vi resurrectionis primæ, regni cœlestis gloriam regenitis obvenire? aut qia dixerit, ad *Tit*.3. *v*.5,6,7. *Spiritum sanctum in regenerationis lavacro super nos effusum, qo gratiâ ipsius justificati; hæredes existamus vitæ æternæ*: ideò poterit concludi, justificationem ac hæreditatem cœlestem eisdem regenerationis virtute obtingere? nam morte exclusâ vitam necessariò conseqi, nihil est opus repetitu. Obedientiæq; nomine aliam ab eâ ipsâ de qâ Apostolus idem ad *Philip*.2.*v*.8. designari, nî probaverit, nihil effecerit. sed nec de *justitiâ per fidem imputatâ*, qui-

qua

qam opus est adjectu.

132 2. Non est, qod fremat tantopere Vir Cl. cum nullâ illum injuriâ affecerim. neq; enim ulla illi fit injuria, si de hoc Apostoli loco παρῳδήσας, verba ipsius usurparim; eisq; de justificatione id enunciarim, qod ille de remissione peccatorum. neq; enim de justificatione hoc illum dixisse affirmo: sed de justificatione verbis ipsius me loqi.

133 3. Me potiùs injuriâ affectum, conqeri possim; utpote cujus verba, qô calumniæ ansam habeat aliqam, nodumq; qærat in scirpo, à sensu genuino, manifestoq; eo, Vir Cl. detorqet. Illud enim, qod dixeram. *Sed qod Autor ipse de simili loco,* &c. ipse ita interpretatur, ac si sententiæ, sive *falsitatis*, ( ut ipse loqitur ) meæ *Autorem ipsum* faciam. verum hâc in parte, non hîc primò Vir Cl. peccavit.

134 4. Qod locum illum ad *Hebr.* 9.15. huic ad *Romanos* 5.17. consimilem esse negat: fateor eqidem non per omnia hunc illi parem. Efficacior enim & luculentior est, qam iste, alter ille, ad causalitatem aliqam concludendam. Cum enim istic dicatur tantùm, *eos qi doni justitiæ participes fuerint, in vitâ regnaturos:* ibi dicitur, *ut per mortem ad redemptionem transgressionum, vocati promissionem accipiant hæreditatis æternæ.* tamq; ab isto, imò ab isto potiùs, de hæreditate æternâ Christi morte acqisitâ, qam ab illò, justificationis vi eandem

nobis obvenire, concludi nemo non viderit.

L.L. *Pergit Censor :* Qid est, inqis, δικαίωμα, qam actio legi divinę conformis? *& respondet.* Immò significat alia non pauca, τὸ δικαίωμα. *ac de penu suo philologico, diversa vocabuli significata liberalitèr pandit ; tândemq, concludit :* δικαίωμα ergò, vel actionem, vel perpessionem, vel utramq; etiam junctim, designare potest ; qâ legi violatæ satisfit, & injuriæ illatæ compensatio justa exhibetur. *Qæ omnia ego vicissim liberalitèr concedo ; sed ad rhombum meæ interrogationis nihil facere dico. Neq; enim de significatione τοῦ δικαιώματος, qd uspiam apud alios scriptores extet, sed nominatim de loco ad* Rom 5. v. 18. *duntaxat rogavi : qo aliud qidpiam, qam actionem legi divinæ conformem, significari pernego. tum, qia illi* justificationem vitæ *assignat Apostolus? tum qia versu statim seqente, illud* per obedientiam Christi, Adami inobedientiæ *oppositam, interpretatur.*

T.G. At neutra harum ratio, qod præsumitur, evincit ; qum & obedientiæ nomine, (qod & ante monitum) ad mortem illa, possit intelligi : & huic ipsi ad vitam justificatio jure merito adscribatur. Et δικαίωμα eô ipsô loci, qo sensu sumi possit, disserui.

L.L. *Pergit adhuc amplius :* Ubi, *inqit,* sit mentio in verbis Apostoli, specialis mandati istius, de patiendo & moriendo? *& responsionis loco subdit ;* Rogeret D. Piscator ; in toto cap. antegresso,

antegresso, ubi fundamenta dictorum illorum jaciuntur, mortis tantùm & passionis, non & obedientiæ generalis, legi morali exhibitæ, mentionem reperiri. *At ego sic regesturum D. Piscatorem fuisse, haudqaqam existimo: qippe cui ex intuitu ipsius contextus antegressi capitis* Rom.4. *ubi fundamenta doctrinæ de beatificatione per justificationem conseqendâ, jaciuntur, constare potuit; ne semel qidem mortis & passionis, aut obedientiæ legi exhibitæ, mentionem expressam reperiri; sed utramq illam per effecta,* remissionis peccatorum, & imputationis justitiæ, *duntaxat indigitari. Sic extremo illo cap Christus traditus qidem* propter offensas nostras: *sed &* resuscitatus ad nostri justificationem, *dicitur*.

n.36 1. Imò Piscator hoc tutò regerere poterat; qia non solùm in toto capite proximè antegresso, hoc est, qarto; sed in tertio qoq; qod potissimè designatum volui, ubi prima dictorum istorum, & doctrinæ de justificatione ex fide, non ex operibus, (nam beatificationem alio sensu sumere virum Cl. qam Apostolus velit, * alibi ostendimus) fundamenta jaciuntur; (nisi siqis aliud Abrabæ exemplo, Psaltæq; testimonio cap 4. confirmari dixerit, qam qod 3. est positum) mortis tantum perpessæ, non & obedientiæ generalis legi morali præstitæ, mentio reperitur. de istâ utrobiq; ne apex qidem compareret. T.G.

* *Ad Script* 1. *Sect*.3. *n*. 14, 15, 16, *Et Infr. Sect*.8.*n*.5.

n.37 2. Miror autem, qi sustinuerit Vir

Cl. tam fidentèr affirmare, *ne semel qidem mortis & passionis mentionem expressam cap.4. reperiri* : (qasi nisi hæc ipsa vocabula *mortis & passionis* totidem syllabis ponantur; mortis ac passionis nulla expressa fiat mentio;) aut, non ilius magis, qam obedientiæ, de qâ nihil qicqam deprehenditur; aut, qod non nisi *per effecta* (uti loqitur ipse) *indigitetur* : cum tamen *traditionis* nomine mortem insinuari, qo modo & cap.8.v.32. nescius esse non possit: nec magis *traditio* illa *mortis effectus* sit, qam *sanguis*, cujus nomine eadem ipsa designatur. Cap.3. v.25. sicut & cap 5. v.9. Adde qod in ipso statim dissertationis hujus introitu, *διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως*, hoc est, *per redemptionem, qæ est in Christo Iesu, justificati* dicimur. λύτρου autem ϗ ἀντιλύτρου nomine, non obedientia legi morali præstita, sed sanguis pro nobis fusus, tanqam redemptionis hujus pretium, passim occurrit. *Act*.20.28. 1. *Pet*.1. 18,19. *Hebr*.9.12.

3. *Non regesturum sic D* Piscatorem *fuisse*; qia *utraq; illa per effecta remissionis peccatorum & imputationis justitiæ*, (prout nullo fundamento, Vir Cl. opinatur) *indigitatur*; futilis admodum est ratio; cum norit ipse, Pisc. hoc neutiqam concessurum; utpote qod acerrimè passim oppugnet.

4. Qomodò ex cap.4. verbis illis novissimis, *Resuscitatus est ad nostri justificationem*, obedientiam Christi legi morali debitam, eruere aut extundere qeat, id

id verò mihi est, pariter cum pelagi congiis, ignotum.

n.31 Animadversio ista ex errore nata est; inqit Censor; *At error præcipitantium in qævis obvia animadvertendi arguit.* L.L.

n.32 Neq; est tamen prorsus ἀπροσδιόνυσον, *ait; videamus ergò paucis.* Qânam tandem lege, nisi speciali illâ astringebatur Christus, ad sacramentum illud percipiendum, qod peccatum, à qo is immunis fuerat, præsupponebat? *qærit Censor. Lege, inqam ego, sive mandato speciali Patris, de humanâ nostrâ naturâ assumendâ, & in illâ præstandis omnibus, qæ ad salutem nostram procurandam pertinebant* Joh. 15. v. 31. Hebr. 10. v. 5. *& seqq. non verò lege speciali de patiendo duntaxat ac moriendo pro nobis: ut* D. Piscator *nimis angustè illam interpretatur.*

n.33 *Prout igitur Christus minister Circumcisionis ac Iudaismi factus ad circumcisionis sacramentum percipiendum, tametsi à peccato ipse immunis, obligabatur: Pari ratione Minister Baptismi & Christianismi factus, ad sacramentum Baptismi percipiendum, etiam obligabatur.*

n.34 Et *sic* interest, qod Christus non sui sed nostri causâ, tum circumcisus, tum baptizatus est, munusq, suum præstitit: ut nos ab utriusq;, nempe & moralis per *se*; & ceremonialis, *qâ ad illam obligatoriæ,* legis violatæ maledictione liberatos, *in jus filiorum* Dei *assereret;* Gal. 4. v. 4, 5. *Atq, ita, Iustitiæ a Christo præstitæ nomine, etiam Baptismi perceptionem comprehendi demonstratur.*

 Nec

Nec est observatu *tam non* indignum, n.35
*qam ad integritatem meriti Christi retinendam necessarium; cum* D. Bezâ *&* *Ravenspergero, nullum tale divortium, inter activam & passivam obedientiam Christi admittere: ac si illam pro semet ipso; istam pro nobis debuisset ac præstitisset: qale verò divortium* D. Piscator *nobis obtrudit.*

*Et sic* Justitiæ etiam, *hoc est, obedientiæ,* à Christo præstitæ virtute, à legis violatæ maledictione liberari fideles, *haud invitus annuo: nimirum,* ut utrâq; obedientia Christi, per modum satisfactionis plenariæ, tam passiva, ad peccati expiationem, & maledictionis peccato debitæ, amotionem; qam & activa, *ad juris hæreditatis cælestis recuperationem*, concurrat: *in qâ utrâq, præstandâ,* perfecta humilitatis exhibitio elucet. n.3

T.G.

1. Lapsum agnosco; & agnoveram ultrò: nec *præcipitantiæ* notam defugio. utinam Vir Cl paria faciat. n.4

2. Nec D. *Piscator* obedientiæ passivæ vocabulum ita sumit *angustè*, ut mortem Christi solam, non & perpessiones reliqas, in vexationibus injurijsq; sustinendis, *&c.* cum *D* Ravenspergero, hoc ambitu comprehendat. n.4

3. Non *obligabatur* vi legis moralis, sive naturalis, qæ est creaturæ rationali omni ex ęqo communis, Christus, *prout-minister circumcisionis* (h.e. populi circumcisi: hoc enim ibi circumcisio, non Judaismum, denotat; ut *Gal.* 2.9.) n.4

*ad*

*ad circumcisionis*; sicut nec *ad baptismi sacramentum percipiendum*, *qia Baptismi minister* (qod tamen propriè sumpti nunqam extiterat. *Ioan* 4.*v*.1,2. ad qem locum *Augustin. baptizabat & ille*; *sed magisterio, non ministerio*) *& Christianismi*. Neq; enim ad servitium, sive ministerium illud, & ad ritus illos multo minus, qi sordis ac immunditiæ habent indicaturam, lege communi illâ poterat obligari, cum consummatissimè justus, sanctusq; extitisse potuerit, etiamsi nec hujusmodi ulla in se unqam admisisset, nec ad illiusmodi ulla unqam sese demisisset.

4. Agnoscit reverâ Ravenspergerus, *totam Christi obedientiam*, sed eam *unicam, non obedientias*; Thes.8. qæ *partim paßiva, partim activa* dicatur, esse *satisfactoriam. Thes.*5 negat tamen, ut qod *cum scripturarum sacrarum simplicitate consistere non possit, alteram illam facere ad expiationem peccati; hanc alteram ad imputationem justitiæ.*

5. Qod autem Vir Cl. *obedientiæ à Christo præstitæ virtute, à legis violatæ maledictione liberari fideles*, (qasi in hoc saltem cum Ravenspergero consentiat) *haud invitum annuere* se profitetur: in hoc certè suis ipse placitis contradicit; qi à maledictione liberationem alterâ illâ, benedictionem alterâ istâ conseqi fideles, passim mordicus contendit.

n.37 Locus ex *Matth*.5.*v*.17.& 18. *fatente Censore*, probat venisse Christum, ut legem impleret; sed & prophetas, *tanqam* L.L.

*qam legis interpretes; non solorum eventuum futurorum prædictores*; & ad legem qidem, tam ceremonialem, qam & moralem, implendam. Idq; ab illo præstitum vice nostrâ: cum nostrum qisq; ad legem moralem, atq; etiam ceremonialem *non amplius* Mosis, *sed Christi ipsius; tametsi* non ad prophetias implendas, *teneatur*.

T.G. 1. Concedit Vir Cl. venisse Christum, *ad legem* etiam *Ceremonialem implendam*: nec abnuet, credo, & *ad prophetas*, qi *eventuum futurorum prædictores*: qod primarium istorum munus erat. at nec ad illud, nec ad istud, vi legis communis, sed specialis tantum, Christus; nec ad illud populus, aut Judæus, aut Christianus, vi legis ejusdem simpliciter; ad istud autem neuter, ullius tenebatur. ad qod aliâ qam rationali creaturæ communi, nec pro se Christus; ad qod istâ, et ipse pro se, tenebatur.

2. Cæterum norit lector, verba illa, *Idq; ab illo præstitum vice nostrâ*; qæ tanqam mea Vir Cl. meis attexit, mea non esse, qi contrarium istic enuncio. Sed nec è meis colligi. Neq; enim est necesse, ut qi Christum neget, nonnulla vice nostrâ potuisse prȩstare, qia ea à nobis non exigebantur; idem concedat, Christum vice nostrâ ea præstitisse, qæ tam ab ipso, qam & à nobis, lex exigebat.

L.L. *Porrò, cum scripsi; D.* Piscatorem *opinari,* Adamum *transgressum esse, non ipsam legem Dei; sed speciale duntaxat mandatum, de continendo à fructu certæ arboris*

*arboris in paradiso: Censor in me invehitur; Duntaxat illud à tuo est; inqiens. Immò vero de sensu D.* Piscatoris *est, inqam; & ad ipsa illius verba* * *p.* 10. *expressa, provoco; qæ ita habet:* ubi nulla mentio obedientiæ Christi, qam præstitit legi; sed obedientiæ qam præstitit speciali mandato Patris, de patiendo ac moriendo pro electis. Id qod percipitur ex antithesi; qâ obedientia hæc opponitur inobedientiæ *Adami*; qâ ille transgressus est speciale mandatum de abstinendo à fructu certæ arboris in Paradiso. *Iudicat nunc æqus lector, num ego per* Duntaxat *illud*, Piscatorianam *sententiam depravaverim.*

*Respons. Sect. 2. n. 5.

47 1. Qænam istic *invectiva*, cum dico tantum, *Duntaxat illud à tuo est?* aut Vir Cl. nescit, (qod non existimo) qid sit invehi in aliqem; aut stomacho nimis indulgens (qod magis reor) non attendit qid dicat. T.G.

48 2. *Duntaxat*, illud Piscatoris verbis abest, neq; necessariò subauditur: cum satis habeat ad antithesin constituendam, qod actus certus obedientiæ, non integer ejusdem tractus, isq; speciali mandato indictus, utrobiq; deprehendatur.

39 *Qod autem dicit*, obligandi vim habuisse à generali speciale *mandatum*; non tamen à generali processisse: *qid sibi velit non usqqaq; assequor. Si namq;* mandatum *aliqod* speciale, à jure naturæ generali (*qod est Deo mandanti obtemperandum esse*) obligandi vim habet: *qoties de mandato aliqo divino* L.L.

*constat;*

*constat*, qomodo non à jure illo profluxisse *dicatur, ut illi obtemperandum fuerit?*

T.G. 1. Satis clarè locutum me existimaveram. σαφέςερον tamen enunciare annitar. Aio, materiam mandati specialis, sive rem ipsam mandatam, non fuisse lege naturali comprehensam; cum esset ex se ἀδιάφορόν τι. ἀδιάφορα verò lege naturali nec præcipiantur, nec prohibeantur. Cæterum mandato speciali jam accedente, à lege naturæ, qæ creatori per omnia obtemperandum dictat, vim obtinere non observantem culpæ reatu involvendi.

2. Affingit mihi Vir Cl. si rectè eum assequor, qod ipse non dixi: sin minus hac in parte assequor, dicit ipse, qod non est verum. Velle videtur, dixisse me, qotiès de mandato aliqo speciali constat, *à jure naturæ generali profluxisse, ut illi obtemperandum fuerit.* Hoc autem si me putat dixisse, fallitur. nihil enim ego istiusmodi aio. dico tantùm, obligandi vim habere à generali speciale; qia ubi voluntas divina ex speciali illo innotuit, ad illud ipsum observandum jam obligat lex naturæ generalis. Sed sive me hoc dixisse vult, qod ipse posuit, sive ex suo loqitur; negatur, *qoties de mandato aliqo* (speciali; hoc enim jam agitur) *constat, à jure naturæ generali profluere, ut illi obtemperandum* (non, jam sit, sed) *fuerit.* Neq; enim aut Adæ, ante datum de esu fructus illius interdictum, interdicto illi obtemperandum fuisse, lex cordi inditi,

dita, dictavit; ut culpæ affinis consti-tueretur, si non tunc temporis etiam ab-stinuisset: aut *Abrahæ* ante latam de cir-cumcisione legem specialem, obtemperan-dum huic fuisse, lex naturæ admonuit, etiamsi nondum de eâ Deus aliqid præce-pisset.

140 *Allegaveram ego, pro nostrâ senten-tiâ, locum ex* Roman. 10. v.4. Finis legis est Christus ad justitiam cuivis cre-denti. *Ad hoc subjicit Censor: Nihil te juvat locus iste. Et qare? obsecro.* Qomodo non ad justitiam, *inqit*, si ad abolitionem peccati & injustitiæ abso-lutam? *Qalis verò est hæc oratio?* Chri-stus est finis ad justitiam: qomodò ergo non ad justitiam? *Numne ego dixi aut sensi, Christum non esse finem legis ad justitiam; si ad abolitionem peccati, & injustitiæ? qæ Censori consueta est Elenchi ignoratio. Aut ubi negavi,* ad peccati & injustitiæ abolitionem, illam justitiam; *per gratiosam puta imputationem,* necessariò conseqi? *Cum larvis ergò suis hîc luctatur Censor.* L.L.

151 1. In Elenchis, eis, qibuscum agit, adscribendis, freqens admodum est Vir Cl. cum tamen Elenchi ignoratione peccet interim ipse. Neq; enim ego hoc, aut dixisse, aut scripsisse hominem, affirmo. Verum hinc probo, locum hunc ad dogma ipsius de imputatâ Chri-sti obedientiâ legali, stabiliendum, nihil conducere; qia qicqid ibi dicitur, ve-rum esse qeat, etiamsi nulla illiusmodi imputatio existat. Christus enim, si morte suâ (citra obedientiam eam im-putatam) T.G.

putatam) peccata & injustitiam omnem credenti cuivis aboleverit; (qod nec Vir Cl. ipse negaverit, cum totum hoc Christi morti tribuat) seqitur, ut hoc ipso justitiam eisdem conciliaverit: qod * superius est demonstratum. Potest ergò perpessionum ratione dici *finis legis ad justitiam Christus.* hoc autem si poterit, locus iste, obedientiam legalem ad justitiam imputari necessariò, non evincit.

* Vide supr. Sect. 2. n 3.

2. Qod rogat, *ubi negaverit, ad peccati & injustitiæ abolitionem justitiam, per gratiosam imputationem, necessariò conseqi.*

1. Pugnat cum ipsius dogmate; qo statuitur, etiamsi Christus per vitam omnem legem perfectè implevisset, morte tamen adhuc opus esse, ad iniqitatem abolendam. neq; enim hanc à legis impletione, sed à mortis perpessione profluere: Et è contrario, etiamsi morte perpetiendâ peccatum injustitiamq; omnem abolevisset, legis tamen observatione opus esse adjectâ, ad justitiam nobis conciliandam; neq; enim hanc à mortis perpessione, sed à legis, per obedientiam ei per omnia præstitam, impletione, nobis obvenire.

2. Qæritur, non, an ex gratiosâ acceptatione, sed an ex rei ipsius naturâ & justitiæ jurisq; ratione justâ, (hoc est enim, qod in justificatione attenditur) ad peccati omnis abolitionem justitia necessariò conseqatur. Hoc autem utrumq; Vir Cl. passim impugnat. Non ergò cum larvis ego meis luctor: sed suas ipse, qu

tam

tam solicitè amolitur, (uti videtur) reformidat.

241 *Posteà*, sit obedientiæ *Christi* mentio, *inqit*, qam legi præstitit in formâ servi: nihil tamen hoc facit ad dogma tuum stabiliendum, de diversâ utriusq; *obedientiæ* operatione, & ad fines disparatos imputatione; prout tu eos esse censes. *Imò plurimum facit*; *inqam ego. Num enim non est diversa operatio, peccati remissio, & justitiæ imputatio? & num non diversi sunt fines, à mortis reatu liberatio, & ad hæreditatem acceptatio? qarum illa, obedientiæ passivæ, ista obedientiæ activæ, imputationi debetur.* L. L.

254 Nihil istic comparet, nisi negatorum affirmationes meræ citra ullam, aut probationem, aut ad exceptionem meam responsionem. Qærit enim, *annon sint operationes diversæ, peccati remissio & justitiæ imputatio.* qid si fuerint? *an non sint fines diversi, à mortis reatu liberatio, & ad hæreditatem acceptatio.* At qid inde conseqitur? ergone necessariò *illa obedientiæ passivæ, ista obedientiæ activæ imputationi debebitur?* qasi non actus ejusdem plures possint esse effectus, plures fines. qasi non possint actus plures, (qod Ravenspergero hìc visum) ad unum eundemq; finem collineare: qasi nullo alio actu possit horum utrumvis perfici, qam qem ipse istic assignaverit. Reducat ad formam,qæ istic posuit, syllogisticam; videbit ipse facilè Vir Cl. nullo modo elici ex præmissis, qod concludi oportebat. ut nuda duntaxat T. G.

taxat negati affirmatio, totum hoc meritò dicatur.

De Sect. 5.

*M. Lud. Lucij Vindiciæ.*

L. L. *De merito Christi vitæ æternæ promerendæ causâ; ad* pag. 14. *se hîc refert Censor. Atqi ad istam paginam ne verbulum qidem supra notatum invenio. Nisi fortè illud putet, qod de obedientiâ mercenariâ ad finem* pag. 13. *adscripsit. Ad qod etiam responsum est ibidem.*

Tho: Gatakeri *Responsio.*

T. G. Ideò ad *pag.* 14. scripseram; qia Animadversionis pars ea ultra *pag.* 13. finem excurrens, aversæ partem occupaverat. Esto jam igitur, ad Scripti I. *Sect.* 5. *n.* 2.

De Sect. 6.

*M. Lud. Lucij Vindiciæ.*

L. L. An non is justus est, *qærit Censor*, qui extra omnem culpam est, ac qi Dei legem nunqam transgressus est? *Potest, inqam, talis homo justus esse ac dici habitualiter, ob nativam seu concreatam justitiæ qalitatem: non item actualiter, ob actus justitiæ extrinsecus exhibitos; qibus præmium honoris & gloriæ retribuitur. Atq; habitualis illa justitia, est formalis ratio, ad integritatem hominis*

*justi*

*justi pertinens; qâ legi divinæ conformis existit. Actualis autem ista, est operatio secundum justitiæ habitum; qà præmium à lege ipsi obedientibus, promissum acqiritur. de cujusmodi justitiâ sermo est, qando causa justificationis meritoria reqiritur.*

2. *Sic* Christus infans, qi *naturâ* peccatum non norat, non innocens duntaxat; sed & justus, qippe justitię habitu perfectissimo præditus, fuerat: cum tamen nihil adhuc egisset, qod fieri lex ab homine postulat. *Sophisticâ igitur homonymiâ ludit Censor; cum inter justitiam habitualem & actualem, in hac disputatione, nunqam & nusqam discernit.*

3. Innocentiam *dehinc distinguit; ac* dupliciter posse sumi, *ait*. Vel pro immunitate ab actu ullo elicito, qo qis alteri noxam inferat: qo sensu infantes, *hominum respectu*, innocentes dicuntur; cum sint tamen divino judicio, ob insitam & *congenitam* pravitatem, obnoxij. Vel pro immunitate ab omni malo culpæ, sive habituali, sive actuali; qod divino judicio obnoxium constituat. Priore sensu, innocens *hominibus* dici potest, etiam qi *habitualitèr* injustus est. Posteriore, nemo innocens est, qi non & idem justus sit, *habitualitèr saltem, tametsi non actualitèr.*

4. Itaq; *Adam*, à primo ortu non in innocentiâ, & *sanctimoniâ duntaxat*; sed & in justitiâ creatus perhibetur *Eph.4. v.24.* Et ab origine ipsâ *sic habitualitèr* justa nata fuisset ejusdem soboles universa;

sa; si in statu primævo ipse perstitisset. Est ergò innocentia, & *justitia habitualis*, medium qiddam inter justitiam & injustitiam *actualem*, qocunq; modo accipere libuerit.

Ex definitionibus *igitur* peccatoris & justi hîc positis, (*qod peccator sit, qi Dei legem transgressus est: justus contrà, nempe actualitèr, qi justitiam fecerit, manseritq; in omnibus, qæ in libro legis scripta sunt,*) adstruitur planè qod intenditur. Si enim medium assignari possit, inter eum, qi nullam omnino Dei legem transgressus sit, & qi omnem prorsus observarit: certè inter *actualiter* justum & injustum, ex hîc positis, dari potest: *innocens puta, aut habitualitèr duntaxat justum.* At illud posse dari liqidissimè constat. Si enim illum assignaveris, qi contra legem nihil egerit; si sit ejusmodi, à qo lex nihil qicqam fieri exigat; legi conformis est planè & per conseqens justus; *sed habitualitèr tantùm*: prout *Adam* in primo creationis momento. Sin fieri qid exigat, non faciendo qod exigitur, ex *Deut.* 27. *v.* 26. injustus *actualitèr* constituitur.

Ad qod *propositum* faciunt loci adducti ad adultos de adultis, qi facere & possunt & tenentur, loqentes: non de infantibus, qi per ætatem nil *adhuc* possunt: *licet teneantur.* In istis autem inter eum, qi omnia fecerit, eumq; qi in omnibus non perstiterit, medium ponere, est, inter *actualitèr* justum & injustum, infantem, & habitualiter

dun-

*duntaxat justum, tanqam* tertium aliqem, statuere.

Nihil est necesse, multa istic regerere, T.G.
cum fusè admodum ista sint prius disceptata & discussa

1. Justitiæ actuali *præmij* nihil, aut *honoris*, sive *gloriæ*, qalem Vir Cl. contendit, ex se debetur. *Adam* scil. cum *Evâ* consorte si concorditer vixisset, liberos piè educasset, Deum ritê coluisset, suum cuiq; tribuisset, *&c.* ecqid hinc præmij? ecqid honoris ac gloriæ, nedum cœlestis, aut commeritus fuisset, aut expetere, nedum jure poscere potuisset; cum qod sui erat officij duntaxat præstitisset? ecqod etiam expectare, nisi siqod polliceri (nec pollicitum qicqam legimus) Deo libuisset? nisi siqis præmij loco ponere voluerit, qod in vitâ, & beatâ eâ, in qâ est conditus perstitisset. at hac ratione, nec justitia habitualis ab actuali distinguitur.

3. 2. Tam de *habituali*, tum *justitia*, tum & *injustitiâ*, qam de actuali, qæritur. nisi si infantes à justificationis negotio excludere Vir Cl. voluerit; aut duplicem saltem justificationis rationem inducere. qod supra neutiqam volebat. Qin & utraq; ex parte, ni absolutus qis fuerit, is neqaqam absolutè justificatus habebitur.

n.4. 3. *Medium* qæritur, ἐν τῷ δικαίῳ: *inter justitiam & injustitiam* habitualem, in hujus; inter actualem hanc & illam, in istius capaci. Vir Cl. ἐν τῷ μὴ δικαίῳ incassum inculcat.

4. De

4. De *adultis justificandis* agatur, seclusis (cum id Viro Cl. libuerit) infantibus. in his *medium* nisi assignare potuerit *inter justum & injustum*, nihil dicit e. gr. de Abrahâ jam centenario qæratur, utrum possit nec justus esse nec injustus: & utrum in hujus personâ inter justum & injustum possit medium assignari. hic *Isaacum* lactentem si protulerit qis, qi nec justus nec injustus dici debeat, sed innocens; qacunq; id ratione dictum voluerit; tantundem dixerit, rem ipsam, de qâ agitur, qod attinet; qam si lapidem, qi *Iacobo* pulvinaris vicem præstitit, nec justum, nec injustum tamen dici posse præscriberet. Qid enim in hâc lite ad *Abrahamum Isaac*, ad grandævum nuper editus? aut qid infantes ad adultos; ubi de istis tantùm controvertitur?

5. Porrò, si in adultis rationis usu pollentibus, inter justitiam & injustitiam medium non datur: ad injustitiæ omnis utiq; abolitionem (ea autem Christi obedientiâ passivâ solâ obvenire conceditur) justitia, ex rei ipsius naturâ, conseqatur necesse est. In *Abrahamo* ipso insistamus denuò. Ad tribunal iste sistatur divinum. ex innocentiâ, qam Christi morte partam non abnuit Vir Cl. imputatâ, justus, qæro, an injustus censebitur? si non injustus, sed innocens, qia nihil deliqerit; qare non & justus? atqi si non omnia observarit, aliqatenus deliqerit necesse est. innocens autem, qi deliqerit qid, esse qi poterit? Animum, qæso, tandem

advertat

advertat Vir Cl. qam ista, qæ loqitur, ἀσύστατα existant, sibiq; invicem adversentur.

7. Pœnæ perpessio, qâ pœnæ, non est reverâ causa præmij : *ut rectè hic profitetur Censor*. Sed perpessio, qâ satisfactio, *inqit*, dum culpam diluit, in statum culpam antegressum peccatorem reponit. *Repositio igitur ista, perpessionis, etiam qâ satisfactionis, præmium non est Cum pœnæ perpessio nihil sit aliud, nisi pro culpâ admissâ satisfactio.* L. L.

Sed nec in pacto primo præmij alicujus mentio reperitur : *ait. Expressè qidem non : dum tamen* delinqenti mortis supplicium indicitur ; in justitiâ, sive obedientiâ, persistenti, vita *beatè* continuanda, *& qidem præmij loco*, necessariò innuitur. Si enim nisi delinqenti moriendum non fuerit ; non delinqenti *qidem* vivere restat ; *at beatè vivere non, nisi in obedientiâ actuali, persistenti*.

17. 1. Qod negatur, *repositionem istam in statum pristinum esse satisfactionis præmium* ; (qo vocabulo plurimum capitur Vir Cl.) dicatur præmium necne, id ad me nihil, vel ad ea etiam, qæ hîc dico. reponat tantùm ; sufficit. porrò autem, qi lapsus ratione, statu pristino excidit, is ubi pro lapsu satisfactum est plenissimè, in statum eundem, qo exciderat, restituatur denuò, jus ipsum fasq; exigit. T.G.

18. 2. *Vitam, qâ tunc fruebatur, Adæ continuandam innui*, nemo negaverit. Verum

premium

præmium honoris & gloriæ ulterioris nescio qod, qale gloria cœlestis, qæ fidelibus repromittitur, Vir Cl. (*Bellarmini*, qem tantopere abominatur, *de grat. prim. hom. c.18* vestigijs hac in parte insistens) passim inculcare videtur. ad qod *scil.* nobis comparandum Christi obedientiâ legi morali præstita sit opus. alioqi si nihil aliud præmij qam vita ejusmodi, qali tunc fruebatur, continuata designetur: in istam reponi necessariò culpa penitus abolita; & ea hâc abolitâ, pœna omnis amota: qæ nec omnis amovebitur, nisi tam damni, qam sensus, utraq; tollatur. Qod si boni qid ulterioris accesserit, id aliâ ratione, qam justificationis, accrescat necesse est. cum justificatio in statum pristinum duntaxat restituat.

3. Mitto ἀσύςατον illud ulterius urgere; qo *non delinqenti vivere; at beatè vivere non nisi in obedientiâ persistenti, restare*, affirmatur. qasi aut non delinqere potuerit, etiamsi in obedientiâ non persisteret: aut non delinqendo, cum in obedientiâ tamen non perstitisset, vitâ beatâ, nec vitâ tamen simpliciter, excidere potuerit.

L.L. *Addit*; Perpessio, qâ est sponte suscepti oneris, sive muneris, obitio etiam præmij causa esse potest. *At*, inqam, *sponte suscepti muneris obitio, neqaqam pœnæ perpeßio est; sed actio meri obedientialis: idq; ibi cumprimis, ubi pactio aliqa de eo præmio intercesßit. Vti patet ex* Philip.2. v.8,9. Hebr.10. v.9. & 10.

10 1. In instantiâ propositâ de eo qi se medium inter principem suum & percussoris gladium sponte interponendo, vel vulnera pertulerit, vel mortem oppetiverit; ecqis, sincipitis saltem sani, negaverit, premium hunc hoc nomine sibi suisq; promeritum ? T.G.

11 2. Qod *sponte suscepti muneris, onerisve obitionem*, negat *esse pœnæ perpessionem*; non ratio tantùm, sed sensus ipse reclamat. An non enim pœnæ perpessio futura fuerat, si aut Pythias pro Damone, aut Pylades pro Oreste, mortem subijsset ?

12 3. Qod *actionem merè obedientialem* esse censet, frustra est itidem. ecqa enim obedientia, ubi sponte qis citra mandatum aliqod, id in se suscipit aut admittit ? ergone nec qicqam ab amico meretur *scil.* qi sponte ( Pytheæ, aut Pyladis instar ) pro ejusdem salute sese devoverit; aut qi, cum contra τῶν ἐν κράτει jussa viatico instructum (ut *Davidem* Micol ) dimiserit, in carcerem conjici, ibiq; pedore macerari, inediâ confici, mortis crudelissimæ discrimen adire, sustinuerit ? qia nullus nempe hîc *actus obedientialis* deprehenditur.

13 4. Qod *patere* hoc ait ex locis Scripturæ sacrę adductis. Patet hoc reverâ ex eis, *actionem obedientialem*, sponte se pœnis perpetiendis objicientis, pręmium promereri. at non patet inde, susceptionem omnem pœnarum perpetiendarum, cui præmium debeatur, esse *actionem merè obedientialem*.

14 5. De *actione obedientiali* distinguen-

dum

dum fuerat. siquidem actio obedientialis duplex est: vel est obedientiæ debitæ; vel est indebitæ ac merè spontaneæ. illa premij causa, justa ac necessaria, ex se nullius potest esse, licet ex pacto qeat; hæc ex se potest.

6. *Perpessio* ipsa *pœnarum*; non qa legi alicui debita; sed qa alteri utilis, etiam non spontaneè suscepta, premij causa justa esse poterit. An non enim gestationis ac parturitionis, molestiarumq́, ac cruciatuum ab utrâq; præmia debet matri proles? cum harum tamen perpessio, & *pœnæ* jure debitæ *rationem* habeat, nec spontanea etiam existat.

L.L. Atq́ ita ego qoq́ certè nullus ambigo, Christum mortem spontaneè suscipiendo *& obeundo*, etiam gloriam nobis cœlestem *aliqatenus* meruisse. *qâ qidem illa mortis susceptæ & obitæ, non perpessionis pœnæ, aut pœnalis satisfactionis; sed voluntariæ obedientiæ actualis erga Dei mandatum, rationem habuit.*

T.G. 1. Hæc verò tua, Vir Cl. contra te militant. Ex tuis enim istic concessis consequitur, *obedientiam Christi*, passivam qam vocant, *gloriam* nobis comeruisse, & comparasse cœlestem. qod huic tamen passim is derogatum. neq; suffugium dabit, qod *actualem* dixeris. qia non est obedientia actualis ea, qam legem moralem observando exhibuit. istam enim ab illâ subinde ritè distermina.

2. Sed nec ea nos impetunt, nedum premunt; qi *satisfactionis* præstitæ vi nihil amplius obvenire dicimus, qam ante

ante lapsum admissum in protoplastis fruebamur.

11 *Dixeram ego; obedientiam mortis, qi pœnæ* scil. *non imputari ad justitiam; tametsi imputetur ad justificationem.* L.L. *Ad hoc qærit Censor*; Qomodo non ad justitiam imputatur, qod imputatur ad justificationem? *Qatenus, inqam, propter illam mortis pœnam, & satisfactionem, à culpâ & pœnâ peccatorum, in judicio Dei absolvimur.*

12 *Justitia enim insuper necessaria est, ut verè, h.e. plenè ac perfectè, justificemur; at propter Justitiam imputatam, præmium vitæ æternæ conseqamur. Neq; potest qis verè hoc modo justificari, qui non reverâ actualitèr justus censeatur.*

13 *Ut ergò* merito mortis Christi justificamur, *h.e. à peccato & morte absolvimur: ita* etiam merito obedientiæ *ejusdem actualis nobis imputatæ, justi constituimur, & ad præmium gloriæ cœlestis acceptamur.* N*ihil* enim aliud *est, ita* justificari, *qam* justum constitui *ac pronunciari: adeoq;* prius necesse est, ut qis *sit* justus *in Christo existat, atq; ita verè pleneq;* justificetur: *qam ut præmium hæreditatis cœlestis conseqatur.* Nec potest aliâ ratione *in hunc modum* justificari; qam qâ justus constituitur. *licet alio modo possit à peccatis & morte justificari, h.e. absolvi, & immunis ab illis pronunciari.*

18 1. At in judicio *absolvitur* nemo, nisi qi *justus* censeatur. *Deut.* 25.1. justus ratione illius, de qâ agitur, causæ; si T.G.

 insons

insons fuerit deprehensus: justus in universum, ubi de vitæ totius tractu integro quæritur, si nihil unqum deliquisse comperietur.

2. Mortis merito, sive *obedientiæ actuali in morte susceptâ & obitâ* derogatur denuò, qod supra dabatur; & obedientiæ legali ab istâ seorsum habitæ tribuitur.

3. Minus consideraté, minus verecundé, (adjicere possim, & minus pié) *verè justificari* nos merito mortis Christi negatur. qasi non vera existat justificatio, de qâ Apostolus, *justificati sanguine ejus. Rom.* 5.9. Sed nec *vera justitia*, sed fictitium ac *commentitium* qiddam *non ens* (ut & superius, & paulo post denuò verbis disertis dicitur) justitia illa, de qâ Apostolus idem, 2 *Cor.* 5. 21. *Eum qi peccatum non norat, pro nobis fecit peccatum,* (ἁμαρτίαν, h.c. περὶ ἁμαρτίας *Rom.* 8.3. θυσίαν sc. ut *Levit.* 7.1.) *qo nos justitia Dei fieremus in ipso.*

4. *Iustum fieri, & justificari* istic pro eodem habentur. qod licet ad rem, de qâ hic agitur, haud multum faciat, tamen haud usqqaq; verum est; & *justificandi verbum* in controversiâ hâc secius sumendi ansam poterit præbere.

De Sect. 7.

M. Lud. Lucij *Vindiciæ.*

L. L. *Pergit Censor, &* infirma nimis, *inqit,* est argumentatio; Christus pro nobis servandis

servandis homo & creatura rationalis factus est. ergo, qicqid homo jam factus exercuit est, eo fine fecit ut nobis ad justitiam imputaretur. *Apage verò istud à me conseqens, hîc mihi affictum. Cum meum hoc sit;* Christum hominem factum non pro seipso, sed pro nobis duntaxat servandis, legi subjectum, & ad illi obediendum obligatum fuisse *non igitur* ad excreandum, *non* ad cæci oculos sputo illinendum; non ad comedendum, *&c.* ubi namq; ista talia lex Dei a nobis reqisivit?

Hominem proin fieri Christum, ex Dei præordinatione, & provisione, necesse fuit, ut mediatoris partes pro nobis exeqeretur. At homo eo fine jam factus, *& legi subjectus*, non potuit non lege qoq; illâ æternâ *pro nobis* teneri, ad Deum affectu perfectissimo diligendum, eiq; *actualiter obediendum: idq;* ex puritatis insitæ ac innatæ habitu consummatissimo.

THO. GATAKERI *Responsio.*

1. Argumentationis tuæ infirmitatem, qam tamen pro insolubili vendítas, ex consecutione parili demonstrare volebam. Propositio tua hæc est: *Qui non pro seipso, sed pro nobis duntaxat servandis & justificandis homo factus est, is qoq; non pro seipso, sed pro nobis duntaxat legi subjectus, & ad illi obediendum obligatus fuit.* Qo enim fundamento nititur propositio hæc, nisi isto, qod ideo: ea qæ homo jam factus egerat, pro nobis duntaxat T.G.

taxat servandis & justificandis (nam de hoc controversia instituitur) egisse, qia pro nobis duntaxat homo sit factus? Illud est reverâ conseqens tuum, sed qæritur non qodnam sit conseqens tuum, sed cânam consecutionis necessitate ab antecedente illo conseqens istud descendat.

Negatur igitur propositio illa, qâ argumentum illud *insolubile* contineri dicitur; qia incisum posterius à priori concesso non conseqitur necessariò, nisi hoc dato, qod ipse qoq; Vir Cl neutiqam admittit. Nulla siqidem ratio cogit fateri, qia Deus hominem non pro se, sed pro nobis suscepit; ideò hominem illum susceptum, ad Deo parendum pro se neutiqam obligatum. Id casu haud ab simili, ratione analogâ planè, sic ostendo. Fingamus nobilem aliqem (nam & ficta arguunt) filium suum per regiones peregrinas ad terram longè remotam amandare; qo ibi in vinculis detentum pretio dinumerato redimat, qem filio eidem cohæredem instituere in animo habeat, ad negotium istud missus hic, gentium illarum, per qas transitus est, legibus conformem se gerere necesse habet; alioqi harum sanctionibus obnoxius futurus. De isto videat Vir Cl. an necessariò conseqatur, siqis sic ratiocinari voluerit.

Qi non pro se, sed pro alio duntaxat, vincto nempe redimendo, iter istud suscepit; is qoq; non pro se, sed pro illo duntaxat, gentium alienarum legibus

subjectus

subjectus, & ad illis obediendum obligatus fuit.

At nobilis illius filius iste, non pro se, sed pro alio duntaxat, vincto nempe redimendo, iter illud suscepit.

Ergò non pro se, sed pro illo duntaxat, gentium alienarum legibus subjectus, & ad illis obediendum obliga-
11 tus fuit.

Qis enim non videt consecutionis hujus infirmitatem, obedientiæ saltem ratione, & ad hanc obligationis? *Scil.* pro nexo illo duntaxat iter suscepit: sed & pro nexo eodem dici potest legibus gentium illarum subjectus factus; qia nisi itineris occasione, non existeret: at postquam in iter illud se dedit, & hujusce ratione legibus illis obnoxius factus est; jam in suam indemnitatem eis conformiter se gerere tenetur; nec nexi illius, sed suo nomine obedientiam illis exhibet. De Christo mediatore nostro paria faciat Vir Cl. & argumenti insolubilis solutionem habuerit.

13 Sed nec illud seqetur, pro nobis duntaxat servandis Deus homo factus est: ergò servare nos, aut justificare etiam, homo factus non poterat, nisi legi vice nostrâ obedientiam præstitisset. Et istud enim nisi concessum fuerit, nihil qicqam, causam qam agit qod attinet, V.Cl. promovebit.

14 2. Qod negatur *venisse* Christum *ad excreandum, comedendum, cæci oculos sputo illinendum,* &c. Nec id asseri est opus. Cæterum, si obedientia activa

illa, qam pro nobis præstitam à Christo contenditis, per totum vitæ ipsius curriculum se extendat, (qod negatum iri non puto) eâ comprehendentur actiones Christi προσαιρετοὶ qæq;. ex his autem, nisi cibi sumptio, nisi cœci sputo illito oculatio (ut Septimiano utar * vocabulo) extiterit, nihil ἐκ τῆς προαιρέσεως egerit Christus.

* Tertull. de Pœnit. c. 12.

3. Qod qæritur, *ubi talia lex à nobis reqisiverit.*

1. *Cibum sumere, ni lex à nobis reqirat*, inediâ conficere se, noxam non contrahet. ut de oculorum curatione nihil dicam; qam si qis tamen nollet, cum tam facilè posset, in charitatis legem peccare meritò censetur.

2. Si qo nos justificemur, necessariò exigitur, ut vice nostrâ ea præstet Christus, qæ à nobis exigebantur; verendum erit, ne militiam sectantes, ne mercaturam exercentes, ne fabri ferrarij, ne piscarij, ne caupones salute excidant, cum horum opera Christus nullus attigerit.

4. Qod, *Christum hominem factum & legi subjectum*, dicitur, *non potuisse non lege qoq; illâ æternâ pro nobis teneri, ad Deum diligendum*, &c. Certissimum est planè, æternâ illâ lege ad Deum diligendum teneri, qod in bonum nobis futurum erat, ad qos servandos lege speciali fuerat destinatus. Verum an pro nobis, h.e. vice nostrâ, duntaxat, non ex officij sui debito, Deum dilexerit; an pro se ac suo nomine, dilectionis illius,

qi

qà homo, debitor fuerit; hoc est qod qæritur, qodq; Viro Cl. in alteram partem statuendum & probandum incumbebat.

13. Non eximit Scriptura, *ait Censor,* Christum hominem ab obligatione ad legem Dei æternam pro seipso. *Imò verò eximit, inqam ego: dum* asserit Christum, qâ Deum, sponte servi formam *humanam suscepisse, in eaq; Deo Patri obedientem factum,* morti etiam se subjecisse. Ad qam *scil. ut Dei filius incarnatus, eoq; legis dominus,* nec qâ homo, lege ullâ pro sese; *sed tantùm ut Mediator, legi spontaneè subjectus factus pro nobis* adstringebatur. L.L.

18. Non probat, *Christum hominem legi æternæ exemptum,* qia *Deus,* necdum homo, *in formâ Dei existens,* ac proinde *dominus legis, servi formam assumpsit.* Scilicet, qâ homo, ne dilectionem qidem Patri debebat (aut qâ lege, nisi æternâ illâ?) qod creasset, & in eandem cum verbo æterno hypostasin cooptasset. Hoc enim ex Viri Cl. placitis conseqitur. qod admittere mihi religio est. T.G.

14. *Porrò, scripseram ego, fateri D.* Piscatorem, Christum legi obnoxium factum fuisse, pro nobis servandis: *atq; hinc omninò seqi, eum non fuisse obligatum ad obediendum legi pro seipso. Hic stomachatur Censor, &c,* Tu D. *Piscatoris* verba in sensum alienum detorqes, *inqit. Bona verba, qæso, Dn. Censor: non Ego verba in alienum sensum detorqeo; sed illa ex usu communi accipio.* L.L

*At enim* obnoxius legi propriè dicitur, *ait*; qi ob culpam admissam noxæ subjacet. *At verò non isto tantum, sed & latiore significatu, qivis alteri subjectus, obligatus, ac morigerus, obnoxius dicitur.* n.5.

*Atq; hoc verbi aucupium elidunt verba Apostoli Græca.* Gal 4.v.4. *ubi Christus γενόμενος ὑπὸ νόμον dicitur. Qâ igitur* ratione Christus pro nobis, qorum reatum sustinuit; *& non pro seipso,* (cum peccatum non nosset) legi obnoxius rectè dicitur: *eadem ratione pro nobis, qorum debitum legis præstandæ in se recepit; & non pro sese, (cum jus gloriæ & vitæ cœ'estis per unionem personalem cum filio Dei jam haberet)* ad legis observationem, qâ creatura, *minimè* tenebatur. n.6.

Et profectò, qi Deo obedientiam, non *ut Dei filium incarnatum; sed ut nostrum duntaxat Mediatorem,* debuisse; nec sanctitatem *pro sese* debuisse eundem, idem contenderim. n.7.

T.G.

1. Imò, Vir Cl. (ironiam enim tuam nihil moror) autoris *verba in sensum alienum detorqet,* qisqis alio sensu sumit, & diverso plane ab eo, qo qi ea protulit, usurpavit ipse. qod & tunc multo utiq; fit inexcusatius, ubi ex dictionis serie liqidò patet, qo is sensu usurparit. n.9.

2. *Nec ex usu communi* tracta, hic tu ebitur, præscriptio; etiam ubi à sensu nativo deflexio insignis est facta; nedum ubi in primario vox usurpatur. V.gr. si qis ex Apostoli verbis illis, *Rom 7 2. Mulier,* n.10

*Mulier, ubi dormierit vir ejus, mœcha non est, etiamsi viro alteri nupserit:* probari posse contenderit (qod in Martyrologio nostro refertur fecisse olim non-nemo) culpâ immunem fore mulierem, si ubi maritus somno fuerit correptus, viro alteri se adjunxerit. An non Apostoli verba in sensum alienum detorqere dicatur? Cum tamen in defensionem sui allegare potuerit, qod hic Vir Cl. *dormiendi* verbum, tam somni, qam lethi significatu communitèr usurpari; & illius etiam, qia primò & primarió, magis qam istius. qod idem & pro se illi præscribere poterant, qi de Templo Christi dicta, sed sensu ab illo, qem volebat ipse, diverso, retulerant, *Matth.* 26.61.

2. Sed nec Apostoli verba notâ hâc liberant; cum non qeratur istic, qem sensum Apostoli verba ferant, sed qo illa Piscator acceperit, & accepisse se ostenderit: idq; viro Cl. ipso advertente atq; agnoscente.

3. Non seqitur; *jus gloriæ cœlestis per unionem personalem cum filio Dei Christus homo habebat:* ergò non pro sese ad legis observationem, qâ creatura, tenebatur. Neq; enim hoc fine, sed simplicitèr, creationis sive conditionis nomine, ad legis observationem, creatura rationalis tenetur. Ut ne adjiciam, gloriam illam cœlestem, vel supercœlestem potiùs, *Ephes.* 4.10. Christi hominis perpessionibus, in literis sacris, tanqam præmium, & propositum, & repositum atq; retributum

perferri. *Hebr. 12. 2. Philip. 2. v. 8, 9.*

4. Qi *sanctitatem ad integritatem formalem Christi, qâ hominis, reqiri*, concedit; idem qâ mente, *sanctitatem pro sese debere*, negaverit?

L.L. Non qæritur, *inqit Censor*, an ista duo, *maledictioni legis, & obedientiæ legis subjectum esse*, ita inter se pugnent; ut uno posito tollatur alterum. Sed *nec id qæritur*, an ita inter se sint connexa; ut uno posito necessario ponatur & alterum: *verum istud; an non ita inter se differant; ut tamen in uno eodemq; subjecto sese compatiantur?*

T.G. Imò qæritur hoc, qod dixeram qodq; Vir Cl. loco secundo nominavit. Hæc enim fuit rationis Piscatorianæ summa, *Ideò dici factum sub lege, qia legis maledictioni subjectus fuerit*. Verba ipsa videantur. * Potest autem qis pro altero pœnæ lege sancitæ obnoxius fieri; ut tamen non ideò minus legi suo nomine observandæ obligatus maneat, cum ante fuerit.

* Resp. Sect. 7. n. 2, 3.

L.L. Non sumus, *inqit*, ab obedientiâ legis perfectâ per Christum ulterius redempti; qam ne obedientia, vel non præstita, vel imperfectè exhibita, ad mortis æternæ reatum constrictos nos teneat. *Imò vero, inqam, ulterius adhuc: ne videl. ipsi, obedientiâ nostrâ propriâ, (qam perfectam exhibere in hâc vitâ, qantumvis per Spiritum Sanctum regeniti, non possimus) vitæ æternæ præmium promereri, sicq; illo defraudati esse, cogamur.*

De

De *vitæ æternæ præmio promerendo,* T.G.
ad ea qæ prius sunt dicta, nihil ulterius adjicio.

Hoc tantum impræsentiarum dico: qo *fraudari*, pœna est peccato proposita, eo fruatur reus necesse est, ubi pœna; jure etiam, ubi culpa qoq;, prorsus tollitur. alioqi pœna prorsus (qia nec pœna damni; & est ea qoq; pœna) non tollitur.

## De Sect. 8.

## M. *Lud. Lucij Vindiciæ.*

Imputatio justitiæ, *ait Censor*, non L.L.
est propriè loqendo justificatio: Sed nec pars. *At, aio ego, est partialis actus, & qidem posterior, integralis justificationis, qo nobis præmium vitæ æternæ, ex promisso legis, adjudicatur. Cujus* fundamentum & ratio, *est imputata Christi justitia: qæ est perfectissima legi præstita obedientia.*

## Tho. Gatakeri *Responsio.*

T.G.

Serram reciprocam hic ulteriùs trahere, nihil esset aliud qam crambe denuo repetitâ & repositâ lectorem enecare; cum nec novi qicqam hic afferatur; nec confirmetur eorum qippiam, qæ sunt prius allata.

Imputatur *igitur propriè loqendo, ju-* L.L.
stitiæ loco, *non* satisfactio pœnalis *à Christo præstita: qippe qæ* justitiæ *actualis*

*lis* vicem & rationem *minimè* obtinet: qia culpam pro qâ satisfactum est *duntaxat* extinguit & abolet; *ac si ea* nunqam extitisset. Hæc *verò* imputata, eum cui imputatur, *qantumvis* reatu omni meritò exolvat; *actualitèr tamen* justum, *præmioq; dignum nondum* constituit: eamq; *in priore* justificationis *actu partiali*, seqitur peccati, sive reatus omnis, apud eum in qem deliqit, remissio; *nec dum tamen propterea* pro justo merita acceptatio. *Ut enim* justus planè constituatur, qò ad tribunal *Dei* compareat, ubi veritati ac justitiæ locus datur; *imputatâ qoq; justitiâ, qæ est actualis obedientia legis, is* justificetur *necesse est*.

*Qæ porrò hic de discrimine* inter condonationem meram, & justificatione acqisitam, *subtexit Censor: ea, tanqam ad qæstionem nostram nihil pertinentia, in medio relinqo.*

T.G. Et ipse hæc omnia in medio pariter relinqo: qia sunt abundè satis superius disceptata.

*Distinctiones* tantùm illas ad causam præsentem facere, aio; qia refellunt Viri Cl. illud, qod *remissionem peccatorum Iustificationis partem* facit.

I.L. *Qod diversum est à remissione peccatorum; cui tamen ab Apostolo beatificatio hominis tribuitur: id præter remissionem peccatorum, etiam reqiritur ad perfectam coram Deo justificationem.* Propositio ista negari posset, *ait Censor*; si id opus esset. *At nihil id opus esse*

vel

[illegible] puer videat: qi me de beatificatione justificatoriâ, cum Apostolo ad Rom. 4. v. 6. loqi videt.

Et, qamvis, ex Censoris mente, glorificatio & adoptio, & regeneratio etiam, tanqam diversa beneficia divina, qibus beatificatio hominis tribui & potest & solet, ad justificationem non reqirantur: ad perfectam tamen beatificationem ista cum justificatione simul omnia concurrere, qis diffitebitur?

1. Propositione negatâ nihil opus esse dixi. hoc autem pueri si vident, in notam aliqam concedit Viro Cl. qi conclusionem talem ex præmissis infert, ut propositione negatâ nihil sit opus, qum τὸ κρινόμενον non concludatur. T.G.

2. Negatâ opus sit, necne; posse negat. qia scil. de beatificatione justificatoriâ cum Apostolo loqatur.

At verò, non puero qopiam, sed viro maturo est opus, qi non puero mihi, sed pucrilitate (* qod deterius est) laboranti silicernio, cum perspicere neqeam, qod pueri viderint, griphum istum exolvat. Beatificatio enim justificatoria, qid Viro Cl. velit, ego non assegi me, agnosco. μακαρισμὸς Apostolo qid sit, intelligere saltem videor. Neq; est ea revera, si dictionis mentem spectamus, beatificatio, sed beatitudinis prædicatio, sive prædicationis istiusmodi attributio. ita B. Iacobus cap. 5. v. 11. μακαρίζομεν τοὺς ὑπομένοντας. beatos prædicamus, pro beatis habemus, eos qi sustinent. Et Beata de se Virgo Luc. 1. 48. μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί. beatam prædicabunt

* Senec. Epist 4. & de Constant. Sap. 6. 12.

capiunt me generationes universæ. Sic & Philosophus *Ethic. l. 1. c. 12.* Τοὺς τε θεοὺς μακαρίζομεν καὶ εὐδαιμονίζομεν καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς θειοτάτους μακαρίζομεν. Deos, hominesq; Dijs proximos, beatos prædicamus. ita μακαρισμὸν λέγειν idem est Apostolo, qod illis μακαρίζειν. nec aliud μακαρισμὸς eidem, ad *Gal. 4. 15.* τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν; qdnam erat, qod tantopere vos beatos tunc prædicabatis? nam qod in seqentibus hoc loci, de qo agimus, dicitur, ὁ μακαρισμὸς οὗτος, gemini apud *Plutarchum* loci memoriam mihi refricat. Sic igitur is in *lib. περὶ εὐθυμίας.*

*Iliad γ. v. 182.* * Ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον. ἔξωθεν οὗτος ὁ μακαρισμὸς, ὅπλων, καὶ ἵππων, καὶ στρατείας περικεχυμένης.

Nec est beatitudinis prædicatio, sive annunciatio, hæc Apostolica, alia ab eâ, qam Psaltes, qem advocat, voluit. neutra est autem, qod Vir Cl. autumare videtur: qi ex Apostoli verbis aliam nobis beatificationem nescio qam procudit: qam modò *beatificationem justificatoriam* nuncupat, qasi qæ vel justificationem producat, vel constituat: modò *beatificationem perfectam, ad qam* scil. una *cum justificatione, regeneratio, adoptio, glorificatio, omnia simul concurrant.* qæ glorificatoria jam potius qàm justificatoria dicenda fuerit. At verò de beatificatione glorificatoriâ istâ, vel etiam de justificatorum glorificatione futurâ, nihil istic Apostolus; qia nec Psaltes, qem laudat. Beatum siqidem

non

[?]ideò pronunciat hic hominem, cui peccata Deus remiserit, nec imputa[ver]it; qia gloriæ cœlestis *scil.* futu[rus] est particeps (*Beatus is est*, in[q]uit, non *erit*, aut futurus est) sed qia in gratiam is cum Deo jam redi[er]it. qo nomine utriq; beatus impræ[s]entiarum prædicatur, non futurus prædicitur.

3. Qod *hæc omnia, regenerationem, adoptionem, & glorificationem cum justificatione*, sive *beatificatione* justificatoria, (uti loqitur) *simul concurrere* asserit, non est usq; qaq; verum. Neq; enim glorificatio cum justificatione concurrit necessariò.

4. Nihil qicqam ad propositionem firmandam facit; etiamsi ista *omnia cum justificatione concurrere*, daretur, neq; enim hinc seqitur, ad justificationem reqiri. Ecqid ad justificationem regeneratio, vel adoptio etiam?

5. *Conclusio mea est: Præter igitur remissionem peccatorum etiam justitiæ imputatio reqiritur, ad perfectam coram Deo justificationem. Hanc negare non audet Censor, ne Apostolo ipsi obloqi velle videatur. Imo fateri cogitur,* duo ista reqiri necessariò in justificatione peccatoris, vel potius (*ut ipse se corrigit, ne nimium concessisse videatur*) esse necessariò cum justificatione connexa. L.L. *Id verò, ad conclusionem meam hoc loco stabiliendam, abundè sufficit contra D.* Piscatorem.

[?]. *Ne tamen nihil hic, animadversione suâ dignum, transmisisse dicatur: missâ*

re,

*re, de qâ consentit, ad verba aucupanda* *deviat*; & non tamen inde seqitur, *ut* *qit*, esse partes justificationis, qę eam tanqam integrum constituunt. *Non sunt, fateor, partes naturales, aut artificiosæ, integrum ejusmodi constituentes: attamen sunt actus particulares judiciarij, inter se qidem reverâ discreti; ad integram verò seu perfectam justificationem peccatoris coram Deo necessariò reqisiti, sive cum illâ necessariò connexi*: ad qos *proin etiam* procurandos & producendos, ex Christi *mediatoris* parte actus duo *meritorij*, à se invicem *naturâ* disparati, *sed justificationem perfectam coram Deo promoventes*, reqiruntur.

T.G. 1. Conclusio sic posita indicat satis, cur propositione negatâ nihil opus, dixerim. qia etiamsi Piscatoris assertioni contradicat; non probat tamen, qod Vir Cl. probandum susceperat, *tanqam justificationis partem recipi*. n.8

2. Fallitur verò Vir Cl. cum eam sic positam *negare, non audere me* putat, *ne Apostolo obloqi velle videar*. negare possum, ut tamen Apostolo non obloqar. neq; enim loqitur Apostolus, qicqid Vir Cl. comminiscitur. aio, reqiri utramq; in justificatione, non *ad justificationem*. & alteram qidem, tanqam justificationis præcedaneum, alteram tanqam ejusdem conseqens necessarium. n.9

3. Qi alibi passim contendit esse *justificationis integralis* (ut ipse loqi amat) *partes*; hîc *nec naturales, nec artificiosas* n.10

*esse*,

ise, fatetur, *integrum ejusmodi constituen-*
ur, ecqas igitur?

4. Qanqam *in peccatoris justificatione,* hoc utrumq; *reqiratur;* non in omni tamen etiam coram Deo utrumq; reqiritur. qod exemplo *Phœnicis,* ex *Psal.* 106.31. ante demonstratum est.

5. Qod me castigat Vir Cl. qia *corrigam me, ne nimium videar concessisse,* ejusdem culpæ (culpa sit modò) arcessere se potuit; qi, cum tam fidenter inculcarit toties, tam pertinaciter contenderit, partes hasce justificationis esse, nunc enunciati hujus rigorem correctione non unâ emollire nititur, & castigare; dum primò, ait, *ad eam necessariò reqiri;* qod ab eo abest longè, qod ante dixerat. tum, *sive cum eâ necessariò connecti,* qod & longius adhuc abit.

6. Etiamsi daretur, duo ista, non solum *cum justificatione connecti,* vel *ad justificationem necessariò reqiri;* verum etiam *justificationis partes esse,* & *à se invicem disparatas.* non tamen inde seqeretur, *actus duos à se invicem disparatos,* præstitos *reqiri ex parte Christi, ad hæc duo promerenda;* cum unico (qod non semel probatum est) utrumq; possit absolvi.

*Similia* dealbationis parietis, *&* vestitionis, propter μεϊάβασιν εἰς ἄλλο γένος, *ad identitatem & eqipollentiam, remissionis peccatorum, & imputationis justitie illustrandam, non rectè adhiberi, dixi.* Ad hoc *Censor,* Qasi similia heterogenea non illustrent, *inqit.* *Imò, similia* inqam

* Vide Præmonet. bistor. Eccles. l. 2. c. 18.

L. L.

* Supr. Sect. 2. n. 5.

*inquam ego, tanqam heterogenea, non, sed ut homogenea tantùm, illustrant, aut probant.* Et qanqam de similibus regula nulla detur, qæ ab heterogeneis peti prohibeat; *qd similia tamen, in usu disserendi, ceu homogenea, ad unum quoddam genus anologicum redigi, vult Philosophus, tametsi illud plerumq; semper innominatum. Vide* Aristot. Analyt. poster. l. 2 c. 16.

T.G. 1. Nisi *heterogenea non illustrent*, perperam insimulatur D. *Piscator* μεταβάσεως εἰς ἄλλο γένος, qia *actus physicos & artificiales* adhibet ad *Ethicos & juridicales illustrandos*. at similia heterogenea an homogenea sint, nihil qicqam refert. nihil enim hoc ad similitudinis rationem spectat, qæ ab heterogeneis, qam homogeneis, frequentiùs sumitur, nec ab homogeneis cum sumitur, ea tanqam homogenea considerari, monere poterat Virum Cl. (neq; enim id doceat necesse est, qod nesciri non potest) * περὶ τοῦ ὁμοουσίου καὶ ὁμοιουσίου acerrima illa inter Arrianos & orthodoxos altercatio. Certè tam omne genus scriptoribus, ipso etiam, qem advocat, *Aristotele* non excepto, qam D. Piscatori, notam hanc inurere licebit; si heterogeneis, tanqam similibus, illustrare, μεταβάσεως εἰς ἄλλο γένος culpa involvat.

* *Vide Theodoret. histor. Eccles. l. 2. c. 18.*

Qid? (alios ut taceam) Vir Cl ipse, cum * à re rustica, *vepribus spinisq; runcandis* ad rem Theologicam illustrandam sumit argumentum; num minus peccat μεταβαίνων εἰς ἄλλο γένος, (si viri

* *Supr. Sect. 2. n. 3.*

illud hic locutum habet) qam D. Piscator, cum ab actibus Physicis & artificialibus id trahit, qo ethica & juridicia illustret? Sed qod de senibus olim Tragicus; * Sophocl. apud Plut. sympos. l. 1. c 8.

Γῆρας γὰρ λεύσσων, ἔγγιον δὲ τοῦ φρονεῖν. & qod Comicus; *

Ita comparata est hominum natura omnium, Probè tuetur eminus, propius nihil.

Aliena melius ut videant ac judicent, Quàm sua. Vel potius, dum affectibus in eam unamq; partem nimis indulgemus; ea in alijs, præsertim ubi nobis officiunt, ... qæ in nobismet ipsis, ubi ... vestimus, ... facere videntur, amplectimur, ultro, liberè usurpamus, & pro legitimis habemus. * Terent. Heaut. 3. 1.

2. Si de similibus, qà similia, nihil ... Dialectica præcipiat; Similia qin ... consideratione istiusmodi ... nihil obstat. Dialectica enim ... de similibus in disserendo usu præcipit.

3. Aristotelem qod accersit Vir Cl. ut ... dicam, tradere non posse, si verum tradat, qod dialectica nulla præcipit: nihil is eo loci tradit ejusmodi, qale Vir Cl. hic comminiscitur ipse, eidemq; affingit. Siqidem primò de probationibus, non de illustrationibus agit. at D. Piscator hoc nomine duntaxat à Viro Cl. arguitur, qod heterogeneis illustret. tum, de probationibus, non qibusvis, sed de apodicticis, (qæ appellat) problematibus. Similia autem, etiam ubi probationis loco adhibentur, Aristoteli (opinor) apodictica non sunt.

Pro-

Problemata autem istiusmodi mo... posse vel de eis institui qæ genus aliqod commune habent, & hâc ratione συν-νυμα sunt; vel de eis, qæ licet habeant genus commune, nomine tamen certo destituuntur, qo commune genus id exprimatur; vel deniq; de eis, qe ἀνά-λογα sunt. ex.gr. qod in animalibus gradientibus os, id in piscibus spina dicitur, qæ etsi nomen commune non obtineant, in hoc tamen conveniunt, qod eodem, in animantis corpore, munere fungantur. Ecqid autem istud omne, ad hoc, qod Vir Cl. *Similia in usu differendi ceu homogenea, ad unum qoddam genus analogicum redigi, plerumq; semper innominatum?* qæ mihi qidem ænigmata sunt mera. *Aristoteles* certè ibi de similibus nihil: multo minus, ut similia omnia ad genus analogicum innominatum nescio qod redigi velit.

4. Detur, regulam ab *Aristotele*, vel alio qovis Logico, datam, qæ doceat, similia heterogenea, qâ heterogenea, sive qia heterogenea, non illustrare. (qod nihil fuerat necesse, cum ad similium rationem ista neutiqam pertineant.) non tamen inde seqeretur, similia aut homogenea sola, aut ulla etiam, qâ homogenea; multo minus, *ut homogenea tantùm*, qod Vir Cl. hic contendit, illustrare. Et reverâ qomodo ut homogenea illustrabunt, qe homogenea omninò non sunt? sufficit, ut in paribus, qod eadem qantitate sint prædita: ita in similibus, ut affectionem proportionemq; aliqam obtineant, qâ sibi invicem

...tem respondeant, & secum invicem, conferri qeant. hanc autem qo mi... naturalia & artificialia, cum mo... [illegible] juridicialibus habeant, qid obstat?

Non per & propter conseqentem justitiæ imputationem, sed propter solum passionis ac mortis Christi meritum, ceu causam antecedentem, peccata deleri; scripseram ... Contra hoc instat Censor: At Christi meritum, cum peccatori applicitum fuerit, unâ eademq; operâ & culpam extinguit, & justitiam producit. Christi meritum, fateor, utrumq; præstat: sed integrum ac indivisum; non dimidiatum; ac si unam meriti partem pro nobis, alteram pro semetipso præstitisset Christus. L.L.

Neq; enim ipsa reatus extinctio, justi reputationem justam, h. e. præmio vitæ æternæ dignam, sed justitiæ impletio, ipsa nimirum legis moralis perfecta præstatio, illam mentissime inducit. L.L.

10 Imò, ait Censor, in justificationis actu omninò sic se habet, ut in vestitione: nempe ut hoc ipso, qod vestis corpori applicatur, nuditas ab eo removetur; & vicissim, hoc ipso qod nuditas à corpore removetur, vestis ei applicatur. Imò verò non sic se habet in justificationis actu: in qo peccata, propter intercedentem satisfactionem pœnalem, dimittuntur: propter obedientiam contra Christi, justificatio vitæ attribuitur. * Script. Sect. 8. n. 2. T.G.

11 Nec aliud vult Sp. S. Prov. 17. v. 15. qum odio divino æqè dignum pronunciat, L.L.

ciat, tam cum qi hominem improbum ut à reatu immunem probat, & insontem pronunciat; qam qui justum & legis observantem condemnat, pœnæ subjicit.

T.G. Nemo, qod norim, ita distinxit, ut *unam meriti partem pro nobis, alteram pro semetipso præstitisse Christum* dixerit. aliud est, legem *pro se præstitisse, mortem pro nobis oppetivisse.* Reliqa nihil habent, nisi qod ante satis disceptatum fuerit.

L.L. *Iustitiam imputatam & peccatum remissum non esse idem, sic probaveram: Iustitiæ peccatum opponitur; itemq; imputatio remissioni: ergo etiam opponuntur, Iustitia imputata & peccatum remissum; ac proin idem esse neqeunt. Qid ad hanc probationem Censor?* Inepta ratio, *inqit. Imò ineptum & contra rationem est hoc scomma; inqam ego. ut etiam supra ostensum, ad* * p. 19.

* Script. Sect.8.n.2

Utrum *scomma sit, rationem* aliqam in-

T.G. *eptam* pronunciare; judicent alij.

De re ipsâ, cum ad prius disputata lectorem amandet; eodem & ipse provoco.

L.L. *Ad distinctionem meam inter non-peccatorem & justum, dicit Censor;* Hæc est mera nugatio. *Nugator itaq; fuerit ipse Censor; qi distinctionem agnoscit, & in suis exemplis probat.* Non videns & cæcus, *inqit*, sive non cæcus & videns, non sunt idem reverâ, simpliciter considerata, potest enim & truncus non-videns dici, cum cæcus tamen non dicatur. potest & lapis non-cæcus dici, cum videns tamen negetur esse.

*At subjicit*, in subjecto proprio con-*siderata* idem sunt prorsus. *Frigidum hoc Censoris commentum est; inqam ego. Idem prorsus sunt, qæ τῷ λόγῳ καὶ τῷ* [illegible]*, adeoq; numero idem sunt. Num verò talia sunt omnia, qæ in subjecto conveniunt, aut secundum convenientiam in illo considerantur?*

15 *De consecutione qidem terminorum contradictoriè, & privativè oppositorum mutuè inter se collocatorum, invenio apud Aristotelem, 1. Anal. lib. 1. cap. ult. at de identitate ne gry qidem.*

16 *Ita ergo valet consecutio ritè instituta:* Homo est videns, ergo non est non videns, nec cœcus: Homo est non-videns, aut cœcus, ergo non est videns. homo est cœcus, ergo est non-videns. *Aliæ consecutiones omnes, sunt fallaces & sophisticæ: qippe in qibus ex vero antecedente, falsum ut plurimum consequens eliceretur.*

17 de non peccatore & justo gemina dicas licet.

18 1. Utrum *homo luminibus captus*, & *cœcus* idem sint necne; ego cuivis, non ratione non capto, sed sensu communi non destituto, dijudicandum relinqam. hoc autem cum dico, idem dicere me, nî utroq; exciderim, censeo, ac si, *ratione sensuq; communi prædita*, dixissem. ἰσοδυναμοῦντα, nî sint eadem, ego idem qid sit, nescire planè me profiteor. Ista itaq; reverâ est *mera nugatio*, non qidem; *non cœcum & videntem, simpliciter considerata, non idem esse*, concedere; sed *hominem cœcum & non videntem* T.G.

*dentem*, ficut & *hominem non-peccatorem & justum*, idem esse, negare. Qod ideo etiam est hic mera nugatio, qia tricis inanibus & inutilibus, utpote qę causam præsentem nihil attingant, disceptatio nugatoriè protelatur. de homine justificando controvertitur, utrum possit non-peccator existere, ut tamen justus non habeatur. hoc ubi qæritur, qi logis longis de contrariè ac contradictoriè oppositis disserendo, cô tandem rem deduxerit, ut *non-peccatoris* appellationem alijs subjectis qibusvis attribui posse ostendat, qam ei de qo controversia instituitur, qæ tamen *justa* dici neqeunt, an non hunc nugari merito dixeris?

2. De *convenientiâ in subjecto eodem*, aliud est plane. nec inde qispiam rationem trahit, qâ esse eadem probet. Scil. *cæcus* & *oculis captus*, in eqo, non magis sunt idem, qam caudatus & qadrupes, aut qam oculatus & auritus. de *consecutione* itidem gemina sint dicta. non magis scil. in homine eadem fuerint, non surdus & audiens, qam risibilis & rationalis, qia utrobiq; consecutio ab altero ad alterum necessaria existat: nemo mentis compos, vel à *convenientiâ in subjecto*, vel à *consecutione necessariâ* identitatem concluserit.

3. τῷ λόγῳ καὶ τῷ εἶναι, eadem existere, luminibus captum, & cæcum esse, ex definitionibus coincidentibus, liqidò patebit.

4. *An istæ solæ*, qas recenset Vir Cl. *sunt*

sunt consecutiones legitimę? Ergò non est consecutio legitima, sed *sophistica*; *Homo visum non habet: ergo cæcus est?* tallit enim ambiguo Vir Cl. cum *nonvidens* dicit; tanqam de actu, non de facultate intelligatur. aut ista etiam; *Homo non est cæcus*: ergò (ne ambiguo ludamus) *visum obtinet*, sive *videndi facultate prædi tus est?* at de *non peccatore & justo gemina dixeris*, causæ tuæ fundamentum conciderit, necesse est.

*Dixeram, verè qidem* κατ' ἀφαίρεσιν τῆς ἐναντίας, *justitiam per fugam peccati, & justum per non-peccatorem describi posse: nec propterea tamen, seu justitiam nihil aliud, qam peccati fugam; seu justum nihil aliud, qam non-peccatorem esse. Eo qod essentia justitiæ, non in negatione aut privatione oppositi, sed in positione habitus & actus boni moralis, consistit: cujus vi, negatio oppositi conseqitur.* L.L.

*Huic apertæ veritati contradicit Censor: Imò, inqiens*, peccati in universum fuga, ipsa est justitia. *Imò, inqam, qæ non est ipsa justitia; sed ad justitiam affirmatam conseqitur tantùm. Nullum autem conseqens, ipsum propterea est suum antecedens. Prout ad visum in oculo; necessariò non cæcitas conseqitur: nec tamen propterea visus in oculo nihil aliud, qam ipsa est non cæcitas; aut vicissim non cæcitas ipse est visus, & nihil aliud. Qualis igitur Censoris est assertio, talis quoque ejusdem est probatio; sophistica nimirum conseqentis fallacia.*

An non enim tam omissio boni, qam

admissio mali, peccatum est? qærit *Censor.* *Boni omissio, inqam, qâ precepti, & mali admissio, qâ probibiti, est peccatum: & qidem actuale tantùm.* *At infantes actuale peccatum admittere non possunt: qippe à qibus, per usum rationis, nihil dum exigitur; profitente Censore ipso,* * *supra ad* pag. 41. *Infantes itaq; bonum omittendo, ceu non preceptum, aut malum admittendo, ipsis non probibitum, non peccant eoq; non-peccatores existunt. Qis autem justos illos propterea cum ratione dixerit? tametsi innocentes hactenus illi fuerint.*

* Sect. 2. n. 7.

*Adultorum porrò, & qidem rationis suæ compotum, qantumvis* peccatum omne non fugit, qi bonum debitum ullum omiserit: *non tamen propterea* officio suo nullâ ex parte defuit, qi peccatum omne fugerit; *nisi ex contrario etiam justè fecerit qod justum est.* Et per conseqens, *ut maximè, qi universaliter & actualiter justus est, boni nihil omiserit: non propterea tamen omnis non peccator universaliter & actualiter justus censebitur; licet forte an habitualiter justus dici posset.*

*Atq; ut* non peccator erit, qi seu omittendo bonum debitum, *seu malum vetitum committendo,* nunqam, *pœnaliter* deliqerit: *ita justus is fuerit, qi & vitando malum prohibitum, & bonum mandatum præstando, sciens volens laudabiliter gloriosèq; sese gesserit. injustus contrà, qi, seu bonum præceptum omittendo, seu malum probibitum committendo, malitiosè egerit. Ut jure merito dixerim, non-peccatorem nec justum, nec peccatorem sive injustum, actualiter, videlicet esse posse: puta innocentem, qi neq; præmio,*

neq;

nisi pœnâ, dignus censeri potest.

116 Ista qamvis sæpiùs jam in prægressis utrinq; fuerint agitata; necessariò tamen istic qædam sunt denuò revolvenda. T.G.

1. Concessâ consecutio necessaria à non-peccatore ad justum ἐν τῷ δικαίῳ, ad causam, qam nos agimus, conficiendam sufficit. at tam ab homine non peccatore ad justum, qam ab homine non cæco ad visu præditum, consecutio est necessaria. gemina enim hæc nec Vir Cl. ipse negaverit. eandemq; inter se habent analogiam non-peccator & justus, qam non visu præditus & cæcus. at in istis necessaria est consecutio. ac proinde etiam in illis. Nec, qod ait Vir Cl. *ad justitiam affirmatam conseqitur tantùm peccati in universum fuga*; sed ad peccati qoq; in universum fugam, justitia. De *visu in oculo*, ad prius dicta lectorem remitto.

117 De identitate porrò; cum illa, qam dixi, consecutio nobis sufficiat; ἐν τῷ πρώτῳ omnis est disceptatio. adversus hanc tamen, qæ Vir Cl. objiciat, (etiamsi concessa universa causæ nostræ nihil officerent) dispiciamus & discutiamus paulisper.

118 1. *Licet* ἀφαιρέσει τῶ ἐναντίων, *justitiam per fugam peccati, & justum per non peccatorem, describi; nec propterea tamen seu justitiam nihil aliud qam peccati fugam, seu justum nihil aliud qam non-peccatorem esse.* D.D. initio l.2.

Atqi ego hactenus existimaveram, definitionem & definitum, descriptionem & descriptum pro eisdem haberi, & reapse esse. cum dicimus, *Homo est animal rationale*: num idem cum homine animal

rationale, an ab homine aliud qid volumus? num aliud hominem, aliud animal rationale, dictum intendimus, & non idem planè utrumq; ? Certè qi vel justitiam, vel justum, sic describit; nî peccati fugam justitiam, non peccatorem justum esse velit; nec justitiam, nec justum eis vocibus describit. *Ioannes Apost. ep. 1. c. 3. v. 4.* quum dicit, ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία. *Peccatum est discrepantia a lege*; an non utrumq; hoc pro eodem habet? Ecqid enim est rem aliqam definire, vel describere, nisi notionibus his vel illis rem ipsam delineare, & qasi depingere?

2. *Essentiam justitiæ in hoc non consistere, qod sit peccati fuga.* nihil est opus de hoc cum viro Cl. litigare. neq; enim descriptio essentiam descripti comprehendat necesse est. Et tam descriptio, si plena, nec manca fuerit, cum descripto, qam definitio cum definito paria facit. Itaq; si peccati fuga, justa plenaq; fuerit justitiæ descriptio, idem reapse qin existant, negari non poterit. Hominem, si *mortale qiddam, risibile & disciplinæ capax* descripsero: an non unum idemq; cum homine id, qod sic depingo, esse volo? Scilicet ille apud *Ciceronem, qi cochleam circumscripsit.

*De Divinat. l. 2.

Terrigenam, herbigradam, domi portam, sanguine cassam; aliud qid verbis illis qam cochleam, aut voluit, aut dixit?

3. An igitur idem aliqid esse desinet, qia varijs modis enunciatur, nunc negandi formulâ, nunc affirmandi; nunc τῷ ἀνόντῳ θέσει, nunc τῷ ἐναντίαν ἀναιρεῖν? & qia formulæ loqendi variantur, ergo &

& res ipsa formulis illis expressa, alia, nec eadem, futura est? Ergò, qi, non *aliud, & idem, non moveri, & qiescere, non loqi, & tacere, nihil deesse, & adesse cuncta,* & istiusmodi ὅσα φύλλα καθ' ὕλην innumera, συνώνυμα, καὶ ἰσοδυναμοῦντα, eadem esse reapse, remq; eandem planè designare negaverit; itemq; ei intenderit, qi an *qieverit* qis interrogatus, *non movisse,* responderit; an sit *idem* qid qærenti, *non esse aliud* regesserit, qasi de cepis interrogatus, de allio respondeat; idem (neq; enim alius qisqam, opinor) *non omittere & committere, nihil qod sui erat officij prateriisse, & qicqid officij sui erat præstitisse,* συνώνυμα, ἰσοδυναμοῦντα, eadem esse negaverit.

232 2. An non, inqam, tam omissio boni, qam commissio mali peccatum est? Ad hoc respondet Vir Cl. *Boni omissio, qà præcepti, & mali commissio, qà prohibiti, est peccatum. Et qidem actuale tantùm.* At quorsum ista? ecqis enim aliter? Scil. *actuale* illud subnectit, qô de infantibus suum illud denuò inducat; de qo est superiùs satis dictum: qos ἀβσολύτως planè, *innocentes tantùm,* non & *injustos* asserit. id qod Pelagianorum dogmati est affine. Qin & in negotio hoc de infantibus ἄλλο ἀπαλλάξως se habet. Siqid enim de infantibus contra ipsum objicitur, à controversiâ discedi clamat protinus, cum ipse tamen ne inter *non-peccatorem* sive *insontem,* & *justum,* medium non dari, agnoscere cogatur; ubi premi se videt, ad *infantes* subinde confugit. qasi ideò in adultis, inter insontem & justi-

justitiâ actuali justum, medium detur; qia infantes *scil.* insontes sint, nec actuali tamen justitiâ justi. qæ est futilis planè ratiocinatio.

3. Interim ratiunculæ meæ nihil directè opponitur, cui illud pro pedamento substructum est. Tantùm, qasi enthymemati è meis sic efformato, conseqentiam negando, hoc pacto respondetur; *Qantumvis peccatum omne non fugit, qi bonum debitum ullum omiserit; non tamen propterea officio nullâ ex parte defuit, qi peccatum omne fugerit.* Poteram eqidem sic ratiocinari. n.3

Peccatum omne non fugit, qi bonum debitum ullum omisit.

Ergò officio nullâ ex parte defuit, qi peccatum omne fugerit.

Et consecutionis vis est firma satis. nam qod exceptionis loco subjicitur, *nisi ex contrario etiam justè fecerit id qod justum est*; nullius plane est momenti. Num enim, aut contraria sunt sibi invicem, peccatum omne fugere, & qod justum est justè facere? aut, vel peccatum omne fugit, vel etiam boni debiti nihil omisit, qi qod justum est, sed non justè, fecerit? nec enthymema hoc ergò qod subruat, qicqam hic comparet.

Verùm fundamento supra posito, enunciatum ego utrumq; illud superstruo. qôq; clariùs elucescat ratiocinationis processus, eam enucleatiùs jam sic exhibeo. n.33

Qisqis officio suo nullâ ex parte defuit, is verè justus est.

At qi peccatum omne fugit, is officio suo,

suo, nullâ ex parte defuit.

Ergò qi peccatum omne fugit, is verè justus est.

Propositio probatur

Qi qicqid officij sui est præstitit, is verè justus est.

At qisqis officio suo nullâ ex parte defuit, is qicqid est officij sui præstitit.

Ergo qisqis officio suo nullâ ex parte defuit, is verè justus est.

Propositionem non inficiabitur Vir Cl. ipse. Assumptionem si negaverit, non dialecticos ego, sed Grammaticos, & sub ferulâ agentes adhuc, saltem qi *Erasmum de copiâ verborum & rerum* attigerint, puerulos appellabo; utrum duo ista, *officio suo nullâ ex parte defuisse*, &, *qicqid est officij sui præstitisse*, synonyma & æqipollentia non sint. Si nugari dixerit, dum idem per idem pueriliter annitor probare; in se culpam rejiciat, qi idem, qod sit, esse nolit.

Assumptio primi syllogismi sic probatur.

Qisqis officij debiti nihil omisit, is officio suo nullâ ex parte defuit.

At qisqis peccatum omne fugerit, is officij debiti nihil omisit.

Ergo qisqis peccatum omne fugerit, is officio suo nullâ ex parte defuit.

Propositio mihi negari non posse videtur. sin negetur, ad qos priùs, provocare denuò non gravabor.

Assumptionem, qam vix admissurus forsan est Vir Cl. sic confirmo.

Qi peccato omni, tam omissi qam commissi, se abstinuit, is officij debiti nihil omisit.

 At

At qi peccatum omne fugit, is peccato omni, tam omissi, qam commissi, se abstinuit.

Ergò qi peccatum omne fugit, is officij debiti nihil omisit.

Propositio sic probatur:

Qi qicqid lex à se exigit, præstitit, is officij debiti nihil omisit.

At qi peccato omni, tam omissi qam commissi se abstinuit, is præstitit, qicqid à se lex exigit.

Ergò qi peccato omni, tam omissi qam commissi, se abstinuit, is officij debiti nihil omisit.

Propositio non negabitur. Assumptio sic probatur.

Qi lege interdicti nihil admisit, lege imperati nihil omisit, is præstitit qicqid à se exigit lex.

At qi peccato omni, tam omissi qam commissi, se abstinuit, is lege interdicti nihil admisit, lege imperati nihil omisit.

Ergò qi peccato omni, tam omissi qam commissi, se abstinuit, is præstitit, qicqid a se exigit lex.

Qid istic possit negari, ego nullus video.

Antegressi Syllogismi assumptionem sic confirmo.

Si tam omissi qam commissi peccatum est, tum qi peccatum omne fugit, is tam omissi, qam commissi peccato se abstinuit.

At tam omissi qam commissi peccatum est.

Ergò qi peccatum omne fugit, tam omissi, qam commissi, peccato se abstinuit.

Atq; hæc sunt argumentationis meæ in prioribus succinctè propositæ membra, fusius

sius clariusq; istic exposita atq; explicata. qibus omnibus qid & qatinus aliqid fuerit repositum; aliorum per me licet judicium existat.

n.34 4. Obitur observatum velim, (qod æqitati haud perinde est consentaneum) virum Cl. adversarijs suis ea affingere argumenta, qæ ipsi neutiqam adhibeant. Sic enim * hoc loco, qasi D. Piscator ita argumentaretur; *Mani, esta, inqit, hæc est consequentiæ fallacia; Omnis justus est non peccato. Ergò vicissim, omnis non-peccator est justus* Ubi vero aut Piscatorem, aut alium quemqam, sic argumentantem deprehendit. * Replic. Sect. 8. n. 18.

n.11 *Hic vero exclamat Censor, & Socinianismum mihi improperat*; An non hoc est, *inqiens*, qod Remonstrantibus, tanqam eis cum Socinianis commune, objicit Censura Leydensis, ad *Confess. cap.* 1 §. 5. L. I. d.

*Injuriosè admodum: super qo ad judicium totius orbis Theologorum, qibus, cunq; scripta mea uspiam lecta sunt, provoco. Ubi namq; ego* statum cum Scholasticis *Pontificijs*, uti illi loquntur, neutralem sive naturalem in puris qalitatibus fingo; in qo primi parentes, originalis justitiæ pariter atq; injustitiæ expertes, habuerint instar tabulæ abrasæ, similesq; fuerint infantibus aut pueris innocentibus? aut ubi ego cum Socinianis, rectitudinem illam Ecclesiastis septimo. v. 30. per amotionem tantùm injustitiæ, & non per positionem justitiæ explico?

n.22 *Contra, qi sint illi, qi plenis cum Socino velis in justitiæ Christi imputationem invehantur; si oblitus est Censor, relegat sanè illos * supra ad* pag. 42. * Sect. 2. n. 20.

*Insultat porrò mihi, qasi re præclarè à se gestâ, &* Da, *inqit,* innocentem aliqem qoad Deum istiusmodi: aut effinge nobis chimęram saltem hujusmodi aliqam; si fidem tibi vis hac in parte præstari. *Atqi verò, inqam, non contingit ita felicem esse, in chimærâ aliqâ effingendâ; uti Censori licet, juxta cum illis, qos contra me hic propugnat, in Chimæricâ justitiâ effingendâ, qâ justificemur; qæ neq; Deo, neq; Christo, neq; hominibus justificandis subjectivè insit.*

*Sed, missis dicterijs nugacibus, rem consideremus ipsam. Qid enim? num* Adam, *primùm à Deo conditus, tametsi cum justitiâ & sanctimoniâ habituali, adhuc qoad Deum innocens non fuit? actualitèr qippe neq; justus neq; injustus; ideoq; nec præmio, nec pænâ dignus: donec post acceptum interdictum, idq; violatum, semetipsum actu injustum, pænæq; reum constituit. Qo exemplo protoplasti utiq;* ostenditur, qomodo *non solum* possit esse; *sed etiam reapse fuerit,* aliqa creatura rationalis insons, qæ *actualiter* justa non sit, aut non injusta *actualitèr,* qæ nullo culpæ reatu teneatur.

*In civilibus porrò, talitèr qoq; censeri infantes, & mente captos, dico: qippe qi propter rationis impotentiam, neq; justè neq; injustè agere norunt. Tametsi enim mente capti & infantes, jam post Adæ lapsum, coram Deo rei existant, dum prava dispositio, & hanc antecedens imputatus primi illius peccati reatus, insontes esse non patitur: attamen & infans, si purus à maculâ nativâ prodiret, coram Deo qoq; innocens*

*innocens censeretur; nec tamen propterea justus actu aut injustus* meritò censeretur, donec *seu justum seu* injustum aliqod perpetraret. Infantes *itaq;* tibi *meritò* objicio, & mente captos; qibus legem nemo mortalis præscripsit: nec pariter facerem, *si & bruta animantia objicerem, vel* lapides etiam, truncosq; inanimes. *Qoniam* de creaturâ rationali legi divinæ subjectâ agitur; qæ est proprium & adæqatum, peccati, justitiæ, injustitiæ, *atq; etiam innocentiæ* subjectum.

116. Ad leges autem humanas si provocas; *qerit Censor*: qodnam illæ tandem justis præmium proponunt, ut ad justitiam præmij ratio necessariò conseqatur? *Adeòne autem ego illum obliviosum existimem; ut ne rudimentorum qidem ethicorum amplius meminerit? in qibus est; Ut umbra corpus, sic justè ac præclarè facta, si nihil aliud, laudis saltem & gloriæ præmium, bonamq; adeò conscientiam, necessariò conseqi.*

135. Non *exclamo*, Vir Cl. sed interrogo. neq *Socinianismum* ego *tibi impropero*. sed interrogo tantùm, an non hoc sit, qod illi Remonstrantibus (qos tamen nec ego Socinianismi arcessio) tanqam eis cum Socinianis commune objiciunt. neq; enim ego, vel qod tu eis, vel qod illi adscribunt, illorum esse nossem, cum in Socinianorum scriptis minùs sim exercitatus, nisi vobis indicantibus Qod tamen, si vero fuerit consentaneum, nec Remonstrantibus, nec alijs qibusvis, vitio verti oportebit Certè verbis illis; *Posse hominem aliqem nec justum, neq injustum* T.G.

*esse,*

*esse*, status ille neuter graphicè satis depingitur. nec alibi uspiam, qam in protoplastis, qales illi somniant, occurrit chimæra illa, qam Vir Cl. comminiscitur.

Me verò qod Socino socium dederit, n.3
tam movet, qam si,

Οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε, dixisset. quaqam, ne qod dixi, seciùs accepto, Socini societate gaudere me suspicetur, Bionis apud *Plutarchum* de profectus indicijs verba norit allusisse. Qin & reliqua convitia, scommata, dicteria, sarcasmos, ironias, qibus scriptum ipsius istud à capite ad calcem usq; totum scatet, sciat vo- n.38
lim eodem loco habere. Socinum, qi Christum servatorem duntaxat exemplarem facit, cum ipso ex æqo detestamur. Justitiâ imputatâ, qam à Christo habemus, justificari nos, cum ipso, contra Socinum, ex æqo agnoscimus. qâ ratione ea nobis obveniat, hoc est totum in qo dissentitur.

2. Potius fuerat Viro Cl. cum Soci- n.3
nianis, aut de statu Protoplasti neq; justo neq; injusto, vel de medio inter justum injustumq; negato, consensisse; qam ut impietate tantâ obstringeret sese, *justitiam Christi morte partam, Chimericam* nuncupando. Ut enim hac in parte sententiam nostram tanqam in medio depositam semoveamus; an *Chi-*
*mericam* innocentiam, absq; impietate n.
manifestariâ, appellaverit, innocentiam illam, qam eadem partam, & ad justificationem perinde necessariam adfirmat ipse? at tam de istâ, qam de illâ, (de neutrâ verè) dici poterit, qod de illâ hîc

Vir Cl. neq; Deo, neq; Christo, neq; hominibus justificandis, subjectivè inesse. Suis ergò ipsius cruribus imprudens, dum in capita nostra intentat, bipennem illidit, Christiq; morte partæ, innocentiæ saltem, irreverentèr satis (ut ne gravius qid dicam) illudit. Me verò consulentem auscultare Vir Cl. si sustinuerit; caveat summopere, monitum velim, qo modò in justitiam, an innocentiam, Christi morte partam, involare, animum inducat, qia de figmento suo liberiùs paulò locutus qis fuerit.

n.38 3. Rem ipsam ubi accedit, nihil profert; nisi qod est priùs disceptatum.

1. Interrogat: *Adam à Deo conditus cum justitiâ & sanctimoniâ habituali an innocens quoad Deum non fuerit?* at qid tum postea? num innocens tantùm, non & justus? an non istis prorsus sese ipse oppugnat? qomodò enim non justus, si cum justitiâ conditus? At *actualiter* inqit, *nondum justus.* qasi justitiam novam compa-

n.37 rent actus justi; ac non exerant exerceantq; tantùm prius habitam. si enim opera justa justum faciunt, etiam opera bona bonum fecerint, qum contrà Christus, bonam arborem fructus bonos edere; non fructus bonos arborem bonam facere. *Matth.* 7. *v.* 17, 18 & 12. 33. videatur ipse Vir Cl. infra *Sect.* 10 *n* 7.

n.39 Verum missâ altercatione istâ, qàm tamen adversus hanc sententiam sustinère, haud magnæ molis fuerit. Qi *medium inter justum injustumq;* (qantum litem hanc spectat) statuere velit, hunc in subjecto justitię illius ipsius, qam ipse loqitur, capaci, instare

instare oportebit: qod Vir Cl. nusqam, aut fecit, aut facit, nec verò unqam est facturus. qicqid de medio nescio qo alibi uspiam præsumpto fuerit, ad causæ, qam tuetur ipse, patrocinium nihil faciet. Etenim, si inter habitualitèr justum & injustum, in infante; inter actualitèr justum & injustum, in adulto, medium non datur; tam ad injustitiam in utrovis sublatam, ex rei ipsius naturâ, consequentiâ irrefragabili, justitia conseqetur; qam ad cæcitatem sublatam, visus adeptio. nec tanqam ad actus duos à se invicem dispatatos; qorumq; ab uno ad alterum non sit necessaria consecutio, injustitiam scil. tollendam, justitiamq; acqirendam, duo actus in Christo necessariò reqirentur, mortis utiq; perpessio, legisq; observatio: qum horum alterum ad illud consegatur necessariò, qod illorum altero comparari, neutrâ parte renitente, concedatur.

2. Qod de pœnis præmiisq; subjicit: nec ad injustitiæ, justitiæve essentiam spectant ista: nec Vir Cl. appositè satis respondet. Interrogo ego, ecqod præmium justo proponant leges: ut præmio dignus censeatur necessariò, qisqis in foro humano justificatur. Ille me ad ethicam amandat, & ethicæ rudimenta prima oblitum insimulat. Nec verò ego, me seniculum obliviosum nimis, diffiteor; utpote cui, non Ethicæ tantum, sed Grammaticæ qoq; rudimentorum oblivio solens obrepat. qanqam nec tam obliviosus sum tamen, ut memoriâ exciderint tam cito, qæ de laude præcesare gestis debitâ in prægressis ipse attigerim. Scil. cuiq;, qi à

vicino, qocum commercium habuit, in jus vocatus, de pretio pro tritici medimno debito, id exolvisse si compertus fuerit, præmij nescio qid à judice absolutus, justè facti nomine, expectabit, qia vicino, qod suum erat, repræsentaverit? Cæterum audiat Vir Cl. Charmidem Plautinum in Trinummo, ἰδίως λέγον se hâc in parte pronunciantem.

Siqid, inqit, amicum erga benè feci, aut consului fideliter,

Non videor meruisse laudẽ; culpâ caruisse arbitror. Audiat & Senecā de *benefic. l.4.c.17. Qæ jactatio* (poterat &, *laudatio*, dixisse) *est solvisse qod debebas?* interim μετάβασις ἐις ἄλλο γένος nisi istic peccaverit Vir Cl. nuspiam, opinor, peccatur.

Deniq; advertat Vir Cl. qàm causam suam ista nhil qicqam promoveant. De delinqente, & qidem confesso, agitur; qi non merito suo, sed compensatione (sive præclarè gestis, sive sponte perpessis ea constet) ab alio exhibitâ, sit justificandus. Jam siqis istic *laudis gloriæq; premio*, siqis *bonæ conscientiæ* locus sit, eccujus, qæso, ista fuerint? aut cuinam tandem accedent? num ei, putamus, pro qo satisfactio est exhibita? an ei potiùs, à qo compensatio est facta? Illi qidem in commodum, huic autem in laudem gloriamq; (siqa inde accreverit) cedat necess. est actus iste criminis alieni compensatorius. Proinde gloriationem omnem, ex eorum parte, qi Christi ope operâq; justificantur, excludit Apostolus, *Rom.3 27.* laudem gloriamq; justificationis ac salutis, Deo Christoq; integram, asserit

asserit atq; illibatam, *Rom.* 4. 20. *Eph* 1. *v* 6. 12, 14. Laudem gloriationemq; severâ est ubi meritò pariat, factis propriis conqisita justificatio: alienis comparata, non video, qi qeat. Apostolus sanè disertè negare videtur. *Rom.* 4. *v.* 2, 4, 5.

Nam *bonæ conscientiæ*, qæ probè facta consequitur, fructus, vitæ ἐν ἁπλότητι καὶ εἰλικρινείᾳ transactæ; qod est sanctificationis; non culpæ per Christi satisfactionem extinctæ pœnæq; condonatæ; qod est justificationis; solet attribui. *Act* 23 1. & 24. 16. 1 *Cor.* 4. 4. 2. *Cor.* 1. 12. *Hebr.* 13. 18. 1 *Pet.* 3. 16. Qanqam nec inficior, culpæ extinctæ pacisq; cum Deo conciliatæ conscientiam, insignem secum trahere consolationem, mentisq; tranqillitatem cepem admodum proferre. Sed & gloriæ futuræ spem, qæ justificatis Deoq; reconciliatis insuper accedit, gloriandi, sive exultandi, qoq; materiam uberrimam eisdem suppeditare. *Rom.* 5. 1. Cæterum aliud est consolatio; aliud gloriatio: & aliunde illa, ista aliunde exoritur & exurgit, nec sunt eadem, ejusdemve rationis, gloria qæ dicitur, cœlestis, qam futuram expectant pij, qæq; eorundem præclarè gestis perpessionibusq; tanqam præmium mercesq; proponitur; & *gloria* illa, qam ex Ethicis *scil.* Vir Cl *monet præclare facta, præmij loco, ut umbram corpus, consequi necessariò.* etenim illud est ἀγαθὸν οἰκεῖον, qod possidentibus insit; cum istud utiq; aliunde adveniat, & ἐν τοῖς τιμῶσι potius, qam ἐν τοῖς τιμωμένοις, existat: ut rectè Philo-

Philosophus Ethic. *l*. 1. *c*. 5.

7 *Magistraliter iterum dictat hîc Censor*; I. L. *remissionem peccatorum & imputationem justitiæ*, nec esse partes justificationis, *asseverans*; nec actus distinctos; nec effectis istis, *absolutione à reatu, & adjudicatione præmij*, distingui: sed nec ad justificationem præmium aliqod necessariò consequi. *At probari ista, non proponi simpliciter, oportuit. Nos non ampliùs discipuli principiorum ignari sumus, qi cuivis doctori fidem, citra demonstrationem, tribuere cogamur; aut ipsius virgulam censoriam propterea subire.*

8 *Sed in istis omnibus continuè Sophistam agit Censor, æqivocatione* Justificationis *nobis illudendo; quam Synecdochicè, pro actu absolutionis duntaxat accipit, dissimulato actu præmij adjudicatorio: qi tamen in nostrâ causâ, ad perfectam justificationem insuper reqiritur.*

9 Justificatio *qidem* criminationi vel condemnationi opponitur. *Rom.* 8. *v.* 33, 34. *qatenus illa* absolutionis justæ sive defensionis efficacis, *propter satisfactionem intervenientem*, rationem & significationem *obtinet. At non ministeriam hujus'e præmij promissi, legeq; constituti, defraudationi opponitur*. Hebr. 6. v. 10. *qatenus illa justæ retributionis, pro opere conformi ac legi divinæ conformi, rationem & significationem obtinet.* 2. Thes. 1. v. 5, 6, 7. & 2. Tim. 4. v. 7, 8.

10 *Propria proin hîc iterum vineta cædit Censor, rem subjecto exemplo declaraturus.* Qi, *inqit*, latrocinij vel homicidij reus agitur; quam à crimine objecto immunis

esse

esse ostenditur, justificari, *h.e.* à reatu absolvi, rectè propriéq; dicitur: atq; justificationis hujus virtute, à merito mortis adeoq; morte ipsâ absolvitur: ad qod & necessariò vitæ *naturalis* vindicatio consequitur. Nec tamen *propterea*, præmij loco, vita, *nedum beata*, huic concedi propriè dicitur; *qæ non nisi* juxta legem *perfectè* agenti cuivis *promissa retribuitur*: *Ut maximè illi qoq;* lex de vitâ naturali & facultatibus, *nihil contra legem delinqenti*, jure prospiciat. sed & lex divina, sicut delinqenti mortem minatur ita è contrario, *non solum* non delinqenti vitam *æternam & beatam* pariter *non* pollicetur; *sed ad illud* justas etiam actiones exigit.

*Neq; adversus hæc* in promptu responsio; *sed principij petitio, & inane postulatum est*; non posse non-peccatorem dici, qi non justitiam etiam præstiterit. *Qid enim? Num* Adam *non-peccator, primum à Deo conditus, non erat, diciq; potuit; tametsi nullam adbuc, nedum omnem, justitiam præstiterat?*

*Ecqid autem illud est, qod bonus* Chrysostomus *hoc loco ad testimonium dicendum arcessitur? qi & * supra ad* pag. 28. *& * infr. ad* pag. 63. *à Censore tam contumeliosè in eâdem hâc de justificatione causâ, fuit rejectus? qanqam verba* Chrysostomi *neqaqam me feriunt; neq; adversarium juvant*. Malum est, *inqit* Chrysostomus, non fecisse bonum, verum eo, qod legem minimè transgressus est, dum mortem evadit, vitam (*naturalem, at non moralem & beatam*) necessariò adipiscitur. *Et num non disertè idem contra Censorem testatur?*

*Animad. ad Resp. *I. P.* Sect. 9. n. 6.-11.
* Ad Replic. *L. L.* Sect. 9 n. 3, 4.

*nedum aliqem legem minimè transgressum dicit, qi tamen bonum non fecerit.*

43 1. Stomacho nimium qàm indulget Vir Cl. superciliumq; nimis altè attollit, qi tam ægrè fert placita sua, citra ullam vel *censoriæ magistralitatis*, vel *censuræ magistralis*, volam aut vestigium, eis formulis, qibus apud in scholis disceptantes nihil est usitatius, negari. idq; cum negationis rationes adjectas, aut videt, aut videre, si velit, qeat. T.G.

44 Interim, qi jam non amplius discipulum se asserit, procul abit à Solonis mente affectuq; qi profiteri se non erubescit,

* Γηράσκειν ἀεὶ, πολλὰ διδασκόμενον. sed & à modestiâ moderationeq; Augustinianâ; qi *se senem* licet, *à juvene*; *episcopum tot annorum, à collegâ necdum anniculo, edoceri paratum* profitetur; in epist. ad *Auxentium*; laudante Gratiano, c.23. q.8.

* Plato Politic l.7 & in Lachet. Stob. c.29. *Senescere se indies multa addiscentem.* Cicer. de senect. & Val. Max. l.8.c.8.

45 Nam probari ea poscere, qorum probationem oculis subjectam habet, est legentium oculos præstringere velle, ne videant illi, qod nolit ipse. De adversario autem fidentèr pronunciare, qod *Sophistam agat continuè*, (qod qi potest, qi *simplicitèr* tantum *proponit*?) proclivis qidem, sed futilis, est refellendi ratio.

46 2. Etenim qod *æqivocatione illudere* affirmat, qia *justificationem pro absolutione* sumam; qanqam nec absolutionem meram dico, sed *justam*; h.e. qam justitia utiq; ipsa poscit: ipse potius illudit nobis commento suo, de *justificatione* nescio qâ *integrali*, partibus duabus consistente, qas tamen * nec *naturales* esse vult, nec

* Supr.n.7.

*artifi-*

*artificiosas, integrum ejusmodi constituentes*, sed alias nescio qas, qales ipse confingit sibi. Ego eam, eamq; solam, justificationem, & agnosco, & intelligo; qam pagina sacra passim prodit; & locis nominatim, qæ repetere jam nihil est opus, * superiùs indicatis.

* *Ad Vindic. Script. 1. Sect. 3. n. 1. 9.*

3. Itaq; qod *justificationem criminationi* ac ex conseqenti, *condemnationi opponi*, doceo, ex *Rom. 8. v. 33, 34.* id de *justificatione*, qam ego loqor, concedit, nec aliter itaq; de justificatione verba facio, aliove sensu vocabulum sumo, qam qem Spiritus Ss. ipse dictat mihi; à qo doceri, nolim Vir Cl. gravetur. Imò hoc sensu sumendum Apostolum ipsum, ubi de justificatione agit, ex hoc loco colligitur: nisi si aliam illic, aliam in antegressis, justificationem nobis eum velimus tradidisse.

At *justificationem*, qam ipse somniat, opponi *sic injustæ præmij promissi legeq; constituti defraudationi, qatenus illa justæ retributionis pro opere voluntati ac legi divinæ conformi rationem & significationem obtinet.* Cæterum, ubinam locorum justificationis vocabulum sic usurpatum, & injustæ præmij debiti defraudationi oppositum deprehendit? nusqam sanè meritò suspicemur, cum ne apex qidem in hanc mentem ex loco ullo hic compareat: ut hâc saltem in parte potior causa sit nostra.

4. Adducit qidem loca qædam, sed qorsum? qæso, aut qænam ista? Qibus *scil.* sanctorum perpessionibus, præclarè gestis, charitatis officijs, præmia

mercedia, idq; ex justitiâ retribuenda, vel prædicantur, vel promittuntur. at ecqid ista ad justificationem? ecqid ad Christi justitiam nobis imputatam? ecqid ad legis impletionem? ecqid ad vocabuli, cujus in locis illis mentio nulla, qam ei tribuit, significationem? ista ego justificationis hujus fundamenta & firmamenta expectabam. nam præmia bonis operibus nostris repromissi, haud satis meminit sui Vir Cl. cum *lege constituta* insinuat.

Qænam autem sit justitia, qam ibi prædicat Spiritus Ss. ex *Bellarmino* ipso, si libuerit, addiscere licebit. Is de pœnitent *l. 5 c. 6. Ioannes* illa *ep. 1. c. 1. v. 8. Deus fidelis & justus est*, exponendo, *Verba*, inqit, *illa*, fidelis & justus, *referuntur ad promissionem divinam. Ideò enim Deus fidelis & justus dicitur, qia stat promissis, nec fidem fallit.* Idemq; de justific. *l. 5 c. 16. Omnis vera promissio fert obligationem: & ideò ex justitiâ implenda est atq; servanda. nam idcircò fidelis dicitur, qi stat promissis; infidelis qi promissa non præstat*, Aut, si *Bellarminum* doctorem non sustineat, à *Bernardo* edoceri se ægrè ne ferat. Hic *lib. de grat. & lib. arb. Est*, inqit, *qam Paulus expectat, corona justitiæ; sed justitiæ Dei, non suæ. justum qippe est, ut reddat qod debet. debet autem qod pollicitus est. qi credidit promittenti* (2. Tim. 1. 12.) *fidenter promissum repetit* (2. *Tim.* 4. 8.) *promissum qidem ex misericordiâ; sed ex justitiâ præstandum.* Idemq; in *Cantic. serm.* 14. *Ius meum, voluntas judicis*

*dicis mei. qid justius ad meritum? qid ditius ad præmium?* Aut, si *Bernardum* rejicit, qia *justitiæ* vocabulum *de corona* usurpatum haud satis rité interpretatur, cum Paulum potiùs qam Deum respiciat, licet *justi* appellatio cur ibi Deo tribuatur, causam justam veramq; assignet: *Augustinum* audire ne dedignetur. Sic iste in Psal 83. *Audi Dei misericordiam & veritatem. donator est indulgentiæ, redditor coronæ unde debitor? accepit aliqid? cui debet aliqid Deus? ecce qia tenet istum Paulus debitorem. reddit, ait. qid tibi reddet, nisi qod tibi debet? unde tibi debet? qid ei dedisti? qis prior dedit ei & retribuetur ei? debitorem Dominus ipse fecit se, non accipiendo, sed promittendo.* & in Psal. 74. *Tenes certum promissorem; qi se fecit promittendo debitorem.* et de verb. Apost. serm. 16. *Aliter dicimus homini; Debes mihi, qia dedi tibi: & aliter dicimus, Debes mihi, qia promisisti mihi. ibi a te processit beneficiū, sed mutuatum, non donatum. hic tu nihil dedisti, & tamen exigis. bonitas enim ejus qi promisit dabit, ne in malitiam fides convertatur.* Cui σύμψηφος Chrysostomus in Psal. 143. Δημιουργῶν ἐνομοθέτει τὴν φιλανθρωπίαν λέγει. Gemina illis habet Augustinus idem *confess. l. 5. c. 9. de verb. Dom. Serm. 31.* & *de Temp. 151.* Deniq; si horum neminem admittit; at nostri omnium Magistrum saltem, Dominum Christum auscultet; qi, *ubi omnia*, etiam *nobis imperata fecerimus, servos nos inutiles profiteri* præcipit; ut qi *nihil fecerimus*, qam *qod facere debebamus*, & qibus ne *gratiæ* qidem, qod

præ-

præmissa parabola monet, officij præstiti nomine, debeantur *Luc.* 17. v. 9, 10. Et ubi tandem *præmio dignum* illud, qod, justitiæ, non Christi nobis imputatæ, sed nostræ, nostrisq; insit operibus, & justificationis nescio cujus, cui injusta hujus defraudatio opponatur, fundus ac fundamentum nobis existat? vereor ego, ne Theologiæ rudimentorum haud satis meminerit Vir Cl. cum chartas istis fœdaret suas.

5. *Vineta mea* istic qomodo *cædam*, eo qo Vir Cl. vult sensu; nec ipse possum assequi, nec alius qisqam, credo, præter ipsum, ariolari; si de suo interjecta saltem, qæ nihili sunt prorsus, eximantur. Latrocinij arcessito, si absolutus fuerit in judicio, *vita beata*, inqit, præmij loco non datur. qis ista legendo risu abstineat, nisi si ἀγέλαστος plane fuerit? aut qis ejusmodi qicqam unqam æger etiam somniavit? attamen si ante crimen illud intentatum beate vixerat, vitæ beatæ eidem, absolutus, restituetur. Sic vineta scil. egomet cædo mea. Qærere poteram ulterius ecqam *vitam beatam juxta legem perfecte agenti cuivis* promittat aut retribuat politia ulla. ad protasin enim Viri Cl. pertinent ista; qæ est de legibus humanis. qam seqitur apodosis, de lege divina. Verum & me istis diutius commorari tædet; & lectorem multo magis etiam piget detinere.

6. Qod, qum non delinqenti, vitam polliceri Deum, dixissem, *Ezech* 18. 17. objectioni, qæ adduci poterat, justas etiam actiones exigi, eodem cap. vers. 27.

occurrendo respondeam; *Non posse non peccatorem dici, qi justitiam omnem non præstiterit*; Regerit pro more suo Vir Cl. *principij petitionem esse, & inane postulatum. Adamum* siqidem, *cum primùm à Deo conderetur, non peccatorem fuisse, cum tamen nondum justitiam ullam, nedum omnem, præstitißet*. Qæritur de Judæis, qos per vatem alloqitur Deus, an non peccatores dici potuerint, nisi Dei jussa fuerint executi. Ego potuisse nego. At potuisse probat scil. Vir Cl. qia Adam aliqandò talis fuerit, cum tamen nihil adhuc executus fuisset. an non hoc est asciam porrigere, cum malleum poscaris?

7. Taxat, qod *boni Chrysostomi* dictum adducam, qem tamen ab ipso laudatum *rejecerim* & *contumeliosè* insuper habuerim. Ego verò bonum illum Patrem, qo antiqorum neminem suspicio veneror q; magis, absit ut contumeliosè habeam, qippe qem vitæ integerrimæ; animi infracti, & veri rectiq; tenacissimi; virtutis propugnatorem fidissimum; vitij omne genus hostem atq; oppugnatorem acerrimum, extitisse; testantur temporum illorum, qibus degebat, historiæ qibus autem elocutionis nativæ & masculæ, non affectatæ & emasculatæ, dotibus fuerit exornatus; qâ animi sensa non clarissimè tantùm explicandi, sed amœnissimè illustrandi, vehementissimè perurgendi, efficacissimè suadendi, judicium formandi ac firmandi, affectusq; permovendi facultate imbutus: qam in populo instituendo ac erudiendo; ad pietatem, poenitenti-

entiam, charitatem, beneficentiam, secularium contemptum, cœlestium desiderium, cohortando & accendendo; ab impietate pravitateq; omni avocando ac deterrendo, non sedulus tantum, sed assiduus: qam deniq; in scriptis sacrosanctis interpretandis serius ac sobrius; cum non allegorijs effingendis, qod illorum plerisq; vitio datur, ludere gestiret, sed sensibus genuinis eruendis, totus incumberet; docent abundè, ingenij fœlicissimi, ejusdemq; indefessi, qæ extant adhuc, monumenta, laude meâ omni superiora.

54 Nec tamen ideò in nonnullis lapsum, & crassè satis qandoq;, inficias iverit, naris haud obesæ qisqam, qi affectu seposito, judicioq; adhibito, pij Patris illius scripta studiose pellegerit. qo in genere è paucis meritò censeri potest, cum perioches Paulinæ enarratio illa, qam Vir Cl. cum non sine laude primò adduxisset, post tamen deseruit, ac præstare recusavit. cui adjici poterit, & ejusdem dicti illius in primâ ad *Corinth.* c.3.v. 15. σωθήσονται ἐν πυρί, interpretatio illa; (ex commentarijs, qi volet petat licet) qam tamen ex Proculi cujusdam, qi Chrysostomo ministraverit, relatione, Paulum ipsum, * volunt Græci, viro sanctissimo dictasse. Homo scil. fuerat Chrysostomus, licet homo non è multis; sed homo tamen. hominis autem est errare. Τὸ δὲ ἀναμάρτητον καὶ ἀδιάπτωτον θεοῦ μόνου.

** Autor Græcus de Purgat.*

55 Sed neq; prohibet veneranda ejusdem canities; qin, si qa ex istis, in qibus

dormitavit, aut impegit aliqoties, in re controversâ, ad veritatem impugnandam, nothosq; sacris Scripturis sensus invehendos, prolata fuerint; ea rejicere, & qalia existant reverâ, ne nominis tanti autoritate imponant cuiqam, diducendo & explicando, palam facere, liceat. Ei potiùs bonum Patrem illum injuriâ afficiunt, & contumeliç exponunt, qi minùs considerate enunciata & erroris varij manifesta, in lucem protrahunt, & tanqam valdè illustria, & *notatu* cumprimis *digna* encomio suo adornata, qo minus habeantur suspecta, venditant, & legentibus qibusvis ostentant.

Sed cur istic *adducis*, qem alibi *rejicis?* Possem idem à Viro Cl. qærere: Cur tu Aristotelem toties hîc advocas, qem tamen de mundi æternitate, de vitij immunitate nativâ, de summi boni constitutione, *&c.* adversus te arcessitum rejiceres? Verum ratio proclivis; qam & ipse, opinor, dederit, qia ibi parum sane sensisse deprehendam: qod nec ipse Vir Cl. jam ausit diffiteri: istic autem, qod sit vero qam maximè consentaneum dixisse: Id qod non potest non ipse, qi hoc nomine me notat, agnoscere.

8. Cæterum Chrysostomum, uti videtur, consilio minùs prudenti in partes arcessivi, si Viro Cl. credere fas est: qia *diserte contra me testatur.* Ecqare? qæso; scil. qia *aliqem legem minimè transgressum dicit, qi tamen bonum non fecerit.* Certè νέαν ἀλλοτριότατ[illegible] Chrysostomu

*Chryſoſtomus* fuerit, hoc ſi diceret; & qi uno eodemq; flatu calidum frigidumq; ſimul ſpiraret. Chryſoſtomi enim illud, & illud duntaxat eſt, *Malum eſt, non feciſſe bonum.* Ex Serm. de Virtutib. & Vitijs, qi exhibetur. Savil. operum Chryſoſt. tom. 5. Paris edit. Savil. Græc. tom. 7. Eſtq; ἀπάνθισμα ex varijs ejuſdem orationibus conſarcinatum, cujus lacinia benè longa eſt orationis, ad *Epheſ.* 16. ἀποσπασμάτιον ubi ſic legitur, Αὐτὸ ἐςι τῦτο κακὸν, τὸ μὴ ποιεῖν ἀγαθὸν. Iſtud autem contra me qî faciat, qi docuerit, gratiam apud me haud mediocrem inierit. imo iſtud qo modo non eſt ei planè è diametro adverſum, qod *Chryſoſtomo* Vir Cl. affingit: qomodo enim malum, non feciſſe bonum; *ſi qi bonum non fecerit, non faciendo legem neutiqam tranſgreſſus ſit?* aut qi legem neutiquam tranſgreſſus eſt, qa ratione aut quâ lege, mali reus habebitur?

58 Verum qæ hîc Vir Cl. tanqam Chryſoſtomiana profert, partim mea, partim ſunt Chryſoſtomiana; ſed nec Chryſoſtomiana tamen, nec mea; qia Chryſoſtomiana cum meis malè commiſſa; & qæ *Chryſoſtomo* ſenſum exſenſum κ) ἀσύςατον appingunt. Res ſic habet. Cum non delinqenti vitam repromiſſam affirmaſſem, ex *Ezech.* 18. 17 dum inſtantiæ occurro, qa regeri poſſet, alibi capitis ejuſdem, actiones etiam juſtas exigi; aio, *non poſſe non-peccatorem dici, qi non juſtitiam omnem præſtiterit.*

adjecto *Chrysostomi* tanqam συμ..... testimonio, qi, *Malum esse*, pronunciat, *bonum non fecisse.* tum subjungo, particulâ discretivâ prefixâ; eum, de qo Deus per Prophetam, *eo ipso qod legem minimè trangressus est, dum mortem evadit, vitam necessariò adipisci.* Ista autem, qæ mea sunt, & à me priùs posita respiciunt, cum *Chrisostomi* dicto, in unum conflata, & commatii notâ tantum interstincta, Vir Cl. sic effert, qasi dixerit *Chrysostomus*; *Malum est non fecisse bonum, verum eo qod legem minimè transgressus est, dum mortem evadit, vitam, necessariò adipiscitur.* Qæ sunt reverâ, qod de *Senecæ* scriptis immerentèr * ille, *commissiones*, (sed alio, qam ille * sensu) *meræ: & arena sine calce* Tum colligit hinc, hoc velle *Chrysostomum, legem aliqem minimè transgressum, qi bonum tamen non fecerit.* qod est *Chrysostomi* dicto, uti supra monitum, qam potest maximè contrarium. Ego verò, qod mea cum illius, qem ludo, verbis commiserit, tanqam unius ejusdemq; sint, culpam hanc Viro Cl. ultrò condonassem: qum in hoc genere, notæ primariæ, nominis celeberrimi, viros lapsos adverterim haud paucos; qod & alibi ostendo: nisi & sententiam mentis inanem, viro optimo pariter ac sagacissimo affinxisset, & sciens volensq; istud videatur admisisse: cum periodi indice notâ, qam *Chrysostomi* dicto subjunctam, tum in meis ad se transmissis reperetat, tum in suis ad me remissis schedis retinuerat, è medio sublatâ, commatii notam ejus loco substituerit. qod utcunq; tamen

* *Caius Imp. apud Sueton. l. 4. c. 53.*
* *Vid Casab. ad Sueton.*

tamen habuerit, per me illi condonatum esto.

33 *Perpessio, ait porrò Censor, qâ* satisfactio exhibetur, etiam præmij causa rectè dicitur. *At non illi pro qo satisfactio pœnæ præstatur: sed ei qi illam præstat;* si qod isti *propositum* præmium debebatur: *& qidem non propter perpessionem ipsam; sed propter voluntariam indebitamq; illius in se susceptionem: nec* qatenus in justitiæ *tantùm habitualis* statum reponit; *cui nihil per se præmij debetur.* L.L.

59 1. Cur non *illi* præmij causa sit, *pro qo satisfactio præstatur?* cum satisfactio, qâ satisfactio, in illius tantùm bonum cedat, pro qo satisfit. T.G.

60 2. Satisfactionem pœnæ ego nullus loqor; nec qid velit, satis asseqor: nisi forsan eâ appellatione redempturam intelligit; qâ qi in alterius potestatem, vel latrocinio intercepti, vel prælio capti, devenere, pretio exhibito, vitam rediemunt: de qâ *Solamon, Prov.* 13.8. *Redemptio animæ*, sive vitæ hominis, *divitiæ ejus*. & de qâ ille apud Poetarum principem,

* Ζώγρει, Ἀτρέος υἱὲ, σὺ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα. * *Iliad* ζ. *v*.46.

sive etiam, qâ, qo pœnam alioqi ex legis præscripto subeundam defugiat qispiam, pretium aliqod repræsentat. Verum de jure justitiâq; nos impræsentiarum agimus: nec satisfactionem pro pœnâ infligendâ, sed pro noxâ culpâq; admissâ, loqimur.

261 3. Præmium loqor, non qod satisfacienti, sed qod illi pro qo satisfactum est, si

qod tamen, justitiæ nomine debebatur.

4. *Satisfactio* pro culpâ à Titio admissâ, à Sempronio exhibita, qatenus est actio spontanea; cum ab eo, pro qo satisfactum est, aliqid meretur; tum & ab eo cujus in gratiam, sive ad cujus petitionem, id susceptum est: qâ satisfactio, ab illo, cui satisfit nihil. Finge Caium Gellio nummos mille debere. Eam summam pro Caio, cum is minùs solvendo sit, impetrante Lucio; Julius dependit. Debet Caius Julio, qod hujus nomine, in ipsius bonum; Debet Lucius, qod in *istius* gratiam, ad ipsius petitionem, id fecerit: at Julio Gellius nihil debet; cum is duntaxat, qod suum erat, acceperit. interim; siqid hinc, hoc ipso, qod est satisfactum, utilis, commodive emerserit, id ad eum, pro qo est satisfactum, integrum concedit.

5. Si qod *justitiæ præmium propositum* fuerit, id ex culpâ per satisfactionem abolitâ, qia in justi locum restituit reum, satisfactionis nomine jure debebitur.

6. Deniq; qod de justitiâ actuali, & habituali hîc distinguitur, tanqam illi *præmium* aliqod, huic *nullum*, debeatur: tum nullius hîc est usus; cùm in eum justitiæ locum culpa abolita reum restituat, qicunq; is fuerit, qo ante fruebatur; tum & *præmij* nomine si *laudem & honorem* vult; (prout * supra aliqoties) & justitia habitualis est bonum laudabile & honorandum; cum in eâ imago divina reluceat: *Ephes.* 4. 24. 1. *Pet* 3. 4. & actuali, qam nuncupat, qid alioqi præmij debeatur, * in superioribus satis est disceptatum.

* Num. 40.

* Num. 49. 50.

De Sect. 9.

M Lud. Lucij Vindiciæ.

1. *Viget hîc disceptatio cum D.* Piscatore, *super æqipollentiâ phrasium* remissionis peccatorum *&* imputationis justitię: *qam is è loco ad* Romanos 4 v.6. & 7. *extendere modis omnibus conabatur. Ad ista Censor,* Nullo prorsus fine, *inqit,* locus ille Apostolicus sursum deorsum, veluti Sisyphi saxum, versatur. L.L.

*Si de* D. *Piscatore ita sentit Censor: malum utiq; opinionis ipsius advocatum agit: ut qi præcipium id illius principium ac fundamentum hoc uno qasi fulminatæ sententiæ ictu prosternat.*

2. *Sin me * putat, injuriam mihi facit. qippe qi nihil aliud istic loci ago; qam ut Apostoli ex* Davidis *testimonio ratiocinationem à Sophisticæ inconseqentiæ improperio Vindicem.* *Petat. f.

3. *Verum tam præcipitatæ sententiæ rationem audiamus.* Cum clarum possit esse, *inqit,* cuivis sine partium studio intuenti, hoc fine ab Apostolo adductum esse *Davidis* testimonium; ut justificationem absq; operibus gratuitam confirmet. *Ecqid verò istud ad phrasium illarum, seu æqipollentiam, seu non æqipollentiam, resellendam facit? aut ubi, seu D.* Piscator, *seu Ego, in totâ disceptatione istâ, vel unicum verbulum, contra gratuitam absq; operibus nostris justificationem intulimus?*

4. *Fruatur ergò Censor frustrà hic sus-*

*cepto, & non nisi per plurium interrogationem sophisticam adhibito, totius Paulinæ illius disputationis analyseos labore suo satis probo: qem ipsi, tanqam ad rem nostram nihil pertinentem, libenter condono.*

Neq; *tamen, inqit,* est sophistica principij petitio; etiamsi detur, duo ista esse æqipollentia, justitiam imputare, & non imputare peccatum. *Imò verò est, inqam, qia in re seriâ, omnis ejusdem per idem probatio est sophistica principij petitio. Et nihilominus* fortissimum est Apostoli argumentum, à *Davidis* testimonio mutuatum, *tametsi non* idem prorsus, cum Apostolo, *David,* vocibus alijs, phrasiq; diversâ, nec æqipollente planè, proloqatur. *Cujus contradictorium itidem, per sophisticam principij petitionem hoc loco frustrà sumit Censor.* n.5.

THO. GATAKERI *Responsio.*

T.G. 1. Ego verò, veritati, non Piscatori; qanqam & Piscatori; nec ipsi minùs; qatenus veritatem à se habere existimo alterutrum, astipulor. fallliturq; V. Cl. si qid seciùs opinatur. itaq; nec ipsum peto, nec Piscatorem, nisi sicubi lapsum advertisse videor. n.1.

Nullo sine locum illum sursum deorsum versari dixi; cum nec Piscatorem ritè cepisse existimarem; & Virum Cl. qo illius analysin subruat, aliam eâ etiam minùs multo probabilem, & ab Apostoli mente longè magis recedentem, inducere animadverterem. n.2.

3 Pari

3. Pari autem modo tractat dicta mea Vir Cl. atq; Procrusten hospites excipere solitum * fabulantur. abscidit, qod ei visum. tum mutila proponit; & sic affecta exagitat, qasi nullo fine prolata; nec aut ad sua, aut ad Piscatoris rationes ullo pacto pertinentia. Dixeram Ego, darum esse posse cuivis, sine partium studio intuenti, hoc fine ab Apostolo adductum esse *Davidis* testimonium, ut justificationem absq; operibus gratuitam confirmet *hoc pacto.* At Vir Cl. voculis novissimis duabus dissimulatis & succisis, qærit, *ecqid istud ad phrasium illarum eqipollentiam, vel non æqipollentiam*; & *ubinam, seu Piscator seu ipse, in totâ disceptatione istâ, vel verbulum unicum, contra gratuitam absq; operibus nostris justificationem, intulerint.* Qorsum autem ista? aut qs ejusmodi qicqam, vel D. Piscatori, vel ipsi etiam appingit? frustra itaq; de eo qod non objicitur, tam sedulò se purgitat. Cæterum, si *hoc pacto*, qo ipse nempe hic propono, illud confirmat Apostolus; clarè satis patebit, haud inaniter dictum, nullo planè fine locum hunc sursum deorsum versatum, & plus nimio utrinq; vexatum fuisse.

*Plutarch. in Thes.

4. Duplici ratione ad propositum facit, ratiocinationis Paulinæ à me data analysis. 1. qod aliud argumenti genus ex textu dari posse docet, qod * à D. Pisc. Vir Cl. exigebat. tum, qod ostendit Viri Cl. analysin, qam *Chrysostomi* autoritate tueri connititur, haud satis probam esse. qalem meam istam cum diffiteri neqeat, sed disertè agnoscat,

* Replic. Sect. 9. n. 7.

 *sophisticæ*

*sophisticæ* tamen (sed citra probationem ullam) insimulat.

5. De *æqipollentiâ*, qod prius dixeram, nihil est opus denuò repetere. an non enim validissimum est testimonium, si verbis alijs idem planè testis affirmaverit, qod is prius dixerat, pro qo testaturus evocatur? Titius Caium incusat, qod Sempronio vitam eripuerit. accersitus in testem, Marcus affirmat, à Caio interfectum Sempronium. dato, extra exceptionem omnem positum Marcum: annon legitima & firmissima pariter fuerit ratiocinatio? Marcus, à Caio, affirmat, Sempronium interfectum. Ergò, Caium Sempronio vitam constat eripuisse: qod illi Titius objecerat. Ecqa istic *Sophistica petitio principij, & puerilis ejusdem per idem probatio*? Imò, demus, Marcum eisdem planè verbis testimonium protulisse, qibus Titij actio est concepta, Tullium autem Titij patronum pro cliente sic ratiocinantem fingamus: Marcus à Titio in testem evocatus, testatur, Sempronio Caium vitam eripuisse. Ergò Sempronio Caium vitam eripuisse constat. num nugationis Sophisticæ meritò Tullius incesseretur, ut qi idem *scil.* per idem probaret?

Sed condonandæ Viro Cl. formulæ istæ, qibus tantoperè assuevisse videtur; ut pro illorum more, qi ex jurandi usu familiari, vocibus ferè singulis juramenta adjiciunt, qasi *Dei nomen, non sacramentum sed sermo sit*, ut scitè * Salvianus; ipse perinde argumentis qibusq; Sophisticæ mentionem faciat intercalarem.

* *De Provid Dei l.* 4 *c.* 10.

*Sar-*

*Sarcasticè irrida* analysis non nuper natæ autoritatem, *in hoc enthymemate evolvendo.* Beatus est, cui non imputantur peccata: ergò magis adhuc beatus, cui insuper etiam justitia imputatur absq; operibus. *Atqi illa liqidò veris* & menti Apostolicę planè congruis, *qippe ex rerum ipsarum naturâ petitis*, fundamentis subnixa est. *contra qam dictat Censor. Qanto siqidem majus bonum est, præmio vitæ æternæ affici; qam simpliciter non condemnari: tanto etiam majoris facienda est justitiæ imputatio; qam peccati non-imputatio, seu remissio.* L. L.

n.7. *Esto itaq; sit in omnibus illis hallucinatus* Chrysostomus. *qæ ipsi à Censore impinguntur: dum modò in isto apice* sensum Apostolicum assecutus fuerit; possit *meritò* viri tanti nomini aliqid tribui, *ad autoritatem illi analysi conciliandam.*

n.8. Ut nemini mirum esse debeat; *si, post detectam nugatoriam & Sophisticam illam phrasium æqipollentiam*, è recentioribus orthodoxis interpretibus, nemo *non* calculum suum *deinceps* Chrysostomo in hâc analysi tribuerit.

n.7. De *sarcasmo* viderint alij. Ego ipsius tantùm Viri Cl. verba recito: sed ironiâ, fateor, adjectâ: qia eam tantoperè adversus Piscatorem urgeat; qem autoritatis pondere sperat posse elidere, cum rationis non possit Verum de istis ad prius disceptata (ne sim tędio) lectorem remitto. T. G.

n.8. Cæterum, num *interpretes recentiores omnes*, in *nugatoriâ & Sophisticâ istâ æqipollentiâ*, Piscatori consenserunt, ut nihil impedierit, qo minùs, hac *detectâ*,

analysi *Chrysostomianæ* huic fuerint assensuri; neq; mirum videri debeat, si *deinde* jam, deinceps in ejusdem sententiam pedibus confertim eant universi? Nondum ego animum inducere possum, ut vel illud credam, vel istud sperem. Qid fuerit, novimus: qid futurum sit, eventus indicabit. nemo, opinor, hactenus est inventus, Viro Cl. excepto, cui analysis illa se probare potuerit.

De Sect. 10.
*M. Lud. Lucij Vindiciæ.*

L.L. Qæ justificationis causa est; ea & justitiæ, in qâ fundatur justificatio, causa sit, necesse est: *ait Censor. At non necesse est; aio ego: qoniam ex parte falsum est. nempe de justificatione absolutoriâ à peccatis, per & propter intervenientem satisfactionem pro peccatis: qæ propriè & rectè loqendo, justitia non est; nec in justitiâ actuali, sed in pænæ perpessione fundatur.* n.12.

Tho: Gatakeri *Responsio.*

T.G. 1. Justificatio, non aliqa, sed omnis, à justitiâ dependet, & in eâ fundatur. qod vocabulum ipsum indicat satis. nam de duplici nescio qâ Viri Cl. commentum, nullo aut Scripturæ sacræ, aut usus communis, fundamento innititur. n.1.

2. Justificatio, in eo casu, qo satisfactione interveniente justificatur peccator, in justitiâ, duplici ratione, fundatur. n.1.

Primò qia justitiæ est satisfactum. qid enim amplius jure exigi potest à delinqente,

quente; qam ut pro delicto justa plenaq; fiat compensatio? aut qid potest amplius exigere is, adversus qem delictum est, ea ubi est exhibita & accepta?

2. Qia, culpâ iam prorsus extinctâ, eum qi deliqerat, non qâ *perpessio pœnæ*, (neq; enim id est necesse) sed qâ justa satisfactio, qomodocunq; præstita, eodem loco haberi facit, ac si nunqam deliqisset, ac per conseqens perfectissimè justus existeret.

*At* Scriptura *qidem* Christi passioni justificationem *à peccatis* passim adscribit, eis in locis, in qibus ex professo argumentum istud pertractatur. *At* nullam interim justitiæ, qę in obedientiâ legi exhibitâ consistat, factam esse mentionem *qoq;* vel levissimam; *levissimum ipsum est commentum. Ecqid enim est* justitia Dei per fidem Jesu Christi, in & super omnes credentes? Rom. 3 v. 22. *nisi Christi justitia à Deo per fidem nobis imputata?* Rom. 4. v. 5, 6 Philip. 3. v. 9. *Hæc autem justitia, qid aliud est, qam obedientia legi exhibita?* Rom. 5. v. 17, 18, 19. 1. Cor. 1. 30 & 2. Cor. 5. 21. L. L.

An levissimum hoc commentum sit, ex locis ipsis adductis patere poterit. Interim meminerit Vir Cl. qid loca ea repræsentare debeant, *Iustitiam*, nempe, *qæ in obedientiâ legi debitâ consistat.* Hoc præmonito ad loca discutienda pergamus. T. G.

1. Locus primus est ad *Rom. c* 3. *v.* 22. de hoc qærit Vir Cl. *ecqid est justitia Dei per fidem Iesu Christi, nisi Christi justitia per fidem nobis imputata?* atqi istud non interrogandum, sed probandum fuerat.

fuerat. Principium utiq; Sophisticè peti,
& Elenchi ignoratione peccari, clamaret
confestim Vir Cl. si vel ipse, vel Piscator,
hâc ratione disceptaremus.

Neq; verò negatum est, justitiæ men- n.5.
tionem fieri, sed justitiæ, qæ in obedi-
entiâ legi exhibitâ consistat, ejusmodi
autem mentio hîc nulla. talem duntaxat
dici, citra probationem, præsumitur.

Porrò meminerit Vir Cl. *justitiam*, n.6.
de qâ eò loci Apostolus, esse Christi san-
guine partam; cui & fides ideò, de qâ
ibidem Apostolus, innititur: qod & Apo-
stolus clarè satis *vers.* 25. insinuat.

2. Hoc idem & de 1. *Cor.* 1.30. dicen- n.7.
dum; ubi *Christus nobis justitia factus per-*
*hibetur*; (qem tamen locum adducit
Vir Cl. qasi obedientiæ meminerit) &
de *Philip.* 3.9. ubi *justitiæ, qæ est per*
*fidem Christi, & justitiæ qæ est à Deo*
*per fidem,* duntaxat fit mentio. amplius
nihil in utrovis loco comparet.

Qibus illud qoq; sit adjectum, *justi-* n.8.
*tiam Dei* istam. *Christi justitiam* nus-
qam dici. Sed nec aliter Christum no-
bis factum justitiam, qam qò & sapien-
tiam & sanctimoniam & redemptionem,
dici, loco illo. 1. *Cor.* 1.30.

3. Cæterum parum consultè fecisse n.9.
videtur Vir Cl. qod ex ad *Corinth. ep.* 2.
*c.* 5. *v.* 21. testem accersivit Apostolum.
Consultè tamen, qod verba ipsa non re-
præsentaverit, qibus causam suam rectâ
iret subversum. *Eum*, inqit, Apostolus,
*qi peccatum non norat, Deus pro nobis pec-*
*catum fecit, qò nos Dei justitia in ipso fie-*
*remus.* Ecqid enim eo loci ἁμαρτία-

sive,

sive peccatum, nisi περὶ ἁμαρτίας, pro peccato, *Rom.* 8.3. hostia *scil.* eadem formulâ qâ *Hebr.* 10.8? ita justitia, qam à Christo nanciscimur, Christi sacrificio ab Apostolo tribuitur.

10 Restat locus unus ad *Rom.* 5. *v.* 17, 18, 19. ubi obedientiæ qoq; vocabulum. de qâ, ut ante, ad *Phil.* 2.8. Virum Cl. amandamus: cum sui interpretem optimum, Apostolum ipsum censeamus. nam de legi exhibitâ ibi ne γρῦ qidem.

13. *Qerit hîc Censor*; Qomodo justificabit nos Christi mors; nisi justitiam nobis acqirendo? *Non, inqam, justitiam; sed absolutionem à peccatis nobis acqirendo. Neq; enim justitia Christi est effectum mortis Christi; sed ipsa est causa justificationis vitæ;* Rom. 5. v. 17, 18 *Qippe qâ nobis acqisitum est premium supernæ vocationis divinæ,* Phil. 3. v. 14. L.L.

14. *Et falsum est*; Qicqid justificat, tanqam causa justificationis meritoria; id justitiam comparare, qæ justificationi illi substernatur. *Neq; enim justitia, qæ justificationis ad vitam causa est meritoria, seipsam acqirit: eò qod nihil sui ipsius causa & effectum esse qeat.*

15. Justificari *qidem à peccatis* dicimur, per sanguinem Christi. Fidesq; nostra sanguine Christi ad justificationem, *h. e. redemptionem à peccatis*, inniti dicitur. *At nunqam & nusqam, per sanguinem, aut mortem Christi, ejusdem justitia & obedientia, sive ipsi, sive nobis, acqisita aut comparata esse dicitur.*

n.6. *Falsò igitur à Censore qoq; dicitur*; Christum tam justitiæ illius, qæ in perpessionibus

pessionibus consistit, subjectum esse; qam & illius, qæ ex actibus acqiritur. *Neq; enim justitia, sed pœna est, qæ in perpessionibus consistit: hoc est; Iustitia, qæ in legis obedientiâ consistit, non potest in perpessione pœnæ, qæ super legis inobedientiam infligitur, consistere. Sin justitiam ipse aliam intelligat; justitiam puta (uti* D. Piscator *cum Censore loqi amat) passione & morte Christi partam & acqisitam: ejuscemodi justitiæ, ceu effecti passionum Christi, Christus subjectum haudqaqam fuerit. Ut necessariò iterum conseqatur: cum talis justitia, neq; in Christo, neq; in Deo ipso, neq; in nobis subjectivè insit; purum putum proinde non ens esse; ideoq; nec nobis imputari posse.*

*Sed & falsò dicitur;* Justitiam Christi ex actibus *obedientialibus legi exhibitis acqiri, aut* acqisitam *fuisse. Num enim actus illi, ab internâ & originali Christi sanctitate & justitiâ, non promanarant? aut num interna illa justitia habitualis Christi, ex actibus, demum legi præstitis, acqisita fuit? aut num deniq; obedientia, in actibus illis consistens, non est ipsa actualis Christi justitia?* n. 7.

*Contumeliosè* itaq; *& injuriosè* planè istam ratiocinationem *meam, paulo ante à me repetitam,* nugatoriam esse, *dictitat Censor:* qam & ideò responsione indignam forsan *D.* Piscator censuerit. *Cum verò sit insolubilis, & commentitiæ illius justitiæ, passione & morte Christi partæ, destructoria. Ut propterea* D. *Piscatorem, juxtà cum Censore, puduerit, illam verbis saltem referre, nedum ut* n. 8.

responsione

*responsione eam ullâ attingeret.*

1. Qi negat *Christi mortem* justificare, *justitiam nobis acqirendo, mortisq; Christi effectum esse justitiam*; viderit qod Apostoli verbis respondeat, loco proximè à Viro Cl. ipso indicato, 2.*Cor*.5.21. T.G.

2. Num *præmium supernæ vocationis divinæ* (qod etiam Christi morte comparatum docet Apostolus, cum *Christi sanguine ad Cœlestia aditum* procuratum inculcat, *Heb*.9. *v*. 12, 23, 28. *et c*. 10.*v*.19, 20) ab eadem Apostolus idem (ni idem negetur) ad *Philip*.3.14. aut alibi uspiam abjudicat? Nihil certè ejusmodi eo loci Apostolus.

3. Nisi justus, justificari nec debet, nec jure potest; *Deut*.25.1. Proinde verum est enunciatum illud, *qicqid justificat, tanqam causa justificationis meritoria, justitiam comparet id, necesse est, qæ justificationi illi substernatur*: nec potest itaq; justificare nos mors Christi, nisi si justitiam conciliet nobis.

4. Nam, qod Vir Cl. ideò hoc verum esse negat; qia *justitia, qæ justificationis ad vitam est causa meritoria, seipsam non acqirit; alioqi sui-ipsius causa foret*. Consecutionis hujusce vis nulla est, ut enim litem de justitiâ, qam ipse vult, interim seponamus. an non ex ipsius placito justitia Christi in legis impletione nobis imputata justos nos facit? qomodò autem justos nos faciat, nisi justitiam nobis conciliando? qod si concederetur, non tamen seqeretur hinc, *justitiam illam sui ipsius causam esse*; sed justitia cum sit ipsa, sed ab alio

præstita,

præstita, cui imputata fuerit, hoc efficere, ut ipse pro justo habeatur; cum illius jam sit facta, qæ alterius fuerat. Hæc ergò justitia Christi, sive obedientiâ legi præstitâ, ut vos vultis, sive morte ejusdem, ut nos volumus, parta, ubi nostra jam sit, qibus ea est imputata, pro justis, haberi, meritò facit.

5. Qod *nunqam & nusqam dici*, ait, *per sanguinem aut mortem Christi, ejusdem justitiam & obedientiam, sive ipsi, sive nobis, acqisitam aut comparatam*: est dictio sane perplexa & involuta satis, ἔλον ὄνειρον *Homeri* non immeritò dicamus. Qid enim sibi vult, *per sanguinem aut mortem Christi, Christi obedientia, Christo ipsi comparata & acqisita?* Sufficit ad id, qod nos tuemur, qod *Christi sanguine, perq; fidem in sanguinem Christi, justificati* perhibemur, *Rom.* 5.9. & 3. *v.*24,25.

6. Qod dicitur; *non justitiam, sed pænam esse, qæ in perpessionibus consistit*: Jam est sæpius repetitum; mortis, qam sustinuit pro nobis Christus, perpessionem, non qâ pœna, nedum qâ pœna ea, (mors *scil.* æterna) qæ in lege sancitur; (qam non fuisse constat) sed qâ satisfactio, pretiumve justum pro peccatis nostris Deo repræsentatum, justitiam nobis conciliandi, nosq; justificandi, vim habere.

7. Meritum perpessionum ideò justitiæ nomine haud immeritò poterit insigniri, qia eâ legi legisq; Domino satisfit pro injustitiâ nostrâ; eoq; nomine nobis imputatatum justitiam conciliat nobis. Hujus autem ipsius subjectum Christus est; cujus

cujus eę fuerunt perpessiones, (*per redemptionem, inqit, qæ est in Christo, Rom. 3. 24.*) justitiæ inde obvenientis ipsi nos, qibus meritum id imputatur. qanqam non est adjunctum inhærens hæc, sed ἀχετικόντι qale & innocentia; qam nobis Vir Cl. ipse concedit, solamq; contendit, Christi morte comparatam. Veruntamen, si cui minùs placuerit, auribusq; minùs gratum acciderit, merito ipsi justitiæ nomen attribui: id cum causam nostram, si minùs detur, lædat nihil: sic poterimus comparare; ut meriti ipsius Christum, justitiæ inde emergentis, subjectum, credentes qosq; statuamus.

8. Qod *Christum* dixi *subjectum esse, tam justitiæ illius, qæ in perpessionibus consistit, qam qæ actibus acqiritur*, litem intendit Vir Clar. *falsumq;* esse pronunciat; qia scil. *obedientia Christi in actibus consistens est ipsa actualis Christi justitia.* Hoc autem etiamsi minùs commodè dictum agnoscerem, (qod nec qadantenus abnuo ipse; sed aliâ ratione; de qâ ad superiora me refero) sententiæ tamen nostræ nihil inde decederet. Cæterum, cum ex Viri Cl. sententiâ, ad qam sermo hîc attemperatur, Christi obedientia illa ex parte ipsius, justitiæ ratione, nulla fuerit debita, sed eo tantùm fine à Christo sponte suscepta exhibitaq; qo nobis in justitiam cederet; haud incongruentèr dictum est, ex obedientiâ illâ præstitâ justitiam fuisse, non ipsi, qi nec injustus fuisset futurus, ùt Viro Cl. placet, etiamsi nihil qicqam justi egisset, sed qæ nobis in justitiam concederet.

deret, acqisitam.

Deniq; qod *contumeliosè & injuriosè* habitum se, tam tragicè exclamat; qia *nugatoriam* esse dixerim *rationem* ipsius; qam fastuosè satis, fidenter nimis, *insolubilem* esse jactitat; nisi tam adversus innocentiam illam, qam Christi morte partam asserit ipse, qàm adversus justitiam eadem comparatam, intorqeri possit; ego sponte, qod nugatoriam dixerim, peccasse me agnoscam. Interim, etiamsi Socinianismi insimulatum nolim virum Cl. à qo toto pectore credam abhorrere; qàm Socino tamen incautus imprudensq; det operam, dum *justitiam Christi morte partam*, odiosè, opprobriosè, contumeliosè exagitat & traducit palam, *justitiam commentitiam, chimericam, justitium accidens sine subjecto, parum purum non ens*, appellitando, viderit ipse, viderint alij; qi ista sedulò, serioq; pensitarint. Substituta siqidem justitiæ, qam nos dicimus, loco, ea, qam agnoscit ipse, innocentia, animadvertet, tandem, opinor, qale telum, qod declinare, aut repellere non sit, (si fidem ipsi adhibemus) ad meritum mortis ac satisfactionis Christi penitus subruendum, Socino porrigat; qum argumentum hoc *nugatorium* verè, *insolubile* tamen esse, tam fidentèr pronunciat.

L.L. Qomodo non per eam *obedientiam, qam Christus legi divinæ præstitit, justitia nobis acqiritur*; si per & propter illam, tanqam nostram justitiam, *coram tribunali Dei* consistimus? inqit *Censor*. *Qoniam nihil sui ipsius causa vel effectum existere*

existere potest, inqam ego.

At aliam intelligit ille justitiam, qam tam obedientiam, qam Christus legi divinæ præstitit. Hæc verò probanda erat non asserenda tantùm: qod hactenus non est factum. *Qamcunq; autem ille sibi fingat, præter actualem istam legi exhibitam obedientiam; eam nihil præter fictitium accidens sine subjecto esse, paulò ante comprobatum est. Qod ut nobis imputari non potest; ita neq; nos per & propter illud, coram tribunali Dei consistere possumus.*

1. Hoc idem rursus qæro; & amplius qæro, qid sit coram Dei tribunali consistere, nisi tanqam justos consistere? qomodo autem justi consistere possumus, nisi justi reputemur? qomodò autem citra justitiam, justi? T.G.

2. Satis probatur, *morte Christi justitiam acqiri, qâ coram Dei tribunali consistamus*, qòd eâ justificari dicimur. eqqis autem, nisi Socinus forte, vel ejus assecla qispiam, (neqe enim *Bellarminus* ipse, ut supra * ostendimus) eam morti Christi efficaciam deroget, qo minùs *per & propter eam* (horresco referens) *coram Dei tribunali consistere* valeamus. * Sect. 2. n. 24.

At qid opus fuerat, *inqit*, ut & ad pœnam culpamq; tollendam insuper moreretur; qi legem qam nos violaveramus, pro nobis & vice nostrâ prius impleverat. L.L.

*At Censor, falsæ opinionis amans, ipse sibi somnia fingit; eaq; postmodù mihi affingit. Somnium est; Christum tempore priùs legem pro nobis implevisse; atq; inde demum pro nobis qoq; mortuum fuiße. Atqi Christus, tempore simul, tam agendo,* qam

*qam patiendo pro nobis, à primo incarnationis suæ momento, ad ultimum mortis ac sepulturæ usq;, Patri pro nobis & vice nostrâ obediens factus fuit,* Philip. 2. v. 7. 8.

*Alterum somnium est: ob legis per nos violatæ satisfactionem pœnalem, Christum pro nobis illam implevisse. At non propter satisfactionem pœnalem, ad nos à reatu & maledictione exolvendos; sed propter justificationem vitæ, ad jus filiorum Dei, & præmium hæreditatis cœlestis nobis acquirendum; legi satisfecit Christus, illam obedientèr implendo,* Rom. 5. v. 18, 19. Gal. 4. 5. Phil. 3. v. 14.

*Valeat itaq; hîc Censor, cum suâ Philologiâ,* de debitoribus æris, confessis vinciendis, & dissecandis etiam; ni intra certum tempus solvissent, ex potestate per XII. Tabulas datâ: *ac de* militiam subterfugientibus, mortis damnatibus habendis: *atq; illâ suis somniis attemperandâ, delitias sibi ut faciat, per me licet.*

T.G. 1. Ego verò Vir Cl. si *somnium* est prius illud; * *Somnium tuum,* qod adagio dicitur, *narro tibi.* Tam pellucet autem, qam laterna Punica, præscriptio illa, qam velaminis loco somnio tuo isti obducis; qod, qò absurditatem ejus, qam detectam vides, defugias, tuum esse jam non vis; *non tempore scil. obedientiam Christi legi præstitam, mutem perpessionesq; ejus antevertisse:* cum perpessiones pariter cum obedientiâ per vitam totam protractæ sint. Ut enim nihil dicam, qod perpessionum summam, partemq; præcipuam, in morte,

*Τὸ σὸν ὄναρ σοι διηγοῦμαι. Vid. Suidam. Plat. Polit l. 8. & Theophyl Bulg. Epist. 21.*

qę vitæ clausula fuerat, Spiritus Ss. ubiq; constituat. non tam in *prius* & posterius hoc vel illud actitatum, qam in rebus ipsis argumenti vis consistit. prout, cum ex æqitatis legibus, tum & ex instantijs subjectis, liqidò patet: qas *erroris* sui, uti videtur, qod mihi tamen impingit, *amans* nimis Vir Cl. nec qod iniqitatis redarguat, ferre sustinens, tanto cum fastidio rejicit.

13 2. De *somnio* qod appellat, *altero* isto, hoc loci ego nihil: multo minus, ut ei istud *affingam*. qorsum enim, cui somniorum abunde suorum sat est? Norit tamen, non ὄναρ esse sed ὕπαρ, Christum morte suâ legi divinę pro nobis fecisse satis.

14 Qid hoc est, *qærit porro*, justificare benedictionis respectu? *Est, inqam, justificari per imputationem justitiæ & obedientiæ Christi, ad benedictionem cœlestem conseqendam, in vitâ regnandi, & præmium vocationis supernæ adipiscendi.* Rom. 4. v. 6. & c. 5. v. 17. Eph. 1. v. 3. Phil 3 v. 9. & 14: *Nam*, qâ justificatio criminationi *duntaxat* opponitur, & criminatione diluendâ & tollendâ perficitur; nihil ad benedictionem attinuerit: nisi qatenus ad maledictionis meritum sublatum, benedictio, *ex beneplacito Dei*, necessariò conseqi debet, *Gal.* 3. v. 10, 14. L.L.

14 *Iustificatio benedictionis* qid velit, meritò qæri potest: qum phrasis ea, nec in Scriptis Sacris, nec uspiam, qod sciam, alibi occurrat. Nam loca qod attinet adducta, qam nihil ad rem faciant, T.G.

* Num. 3. 4, 5, 12. * suprà non semel ostensum est. Justificationem *scil.* nescio qam somniat Vir Cl. qam nec pagina sacra, nec sermo communis suppeditat.

L. L. *Dixi ego. Christum etiam pro credentibus omnem justitiam implevisse: ut etiam habeantur à Deo pro illis, qi ipsi perfectam obedientiam legi præstiterint. Id inficiaturus Censor, regerit:* Atqi is qi legem nunqam transgressus est, legi obedientiam perfectam præstitit. Nisi velimus concedere, officij alicujus à lege præcepti omissionem, legis transgressionem non esse.

*At primum, ludit æqivocatione phraseos,* transgressionis legis, *qam ipse improprié & generaliter accipit, etiam pro omissionis peccato, qo legis præceptum negligitur. Cum tamen illa proprié & specialitèr, juxta nativam vocis significationem, commissionis duntaxat peccatum, qo lege-vetitum patratur, denotet.* Rom. 4. v. 14. Hebr. 2. v. 2. *Qo sensu* Chrysostomus, *à Censore superius ad* * pag 60. *allegatus, dixit;* Non fecisse bonum, eum qi legem minime sit transgressus. *Qo etiam significatu si legis transgressio accipiatur, falsa est assertio;* Eum, qi legem nunqam transgressus est, propterea legi obedientiam perfectam præstitisse. *Neq; enim legis obedientia in eo tantum consistit; ut qis legem non transgrediatur. Verum & in eo, ut requisita legis facto ipse rite præstet,* Matth. 19, 17.

* Replic. Sect. 8. n. 14.

*Hoc ergo suum effatum prævidens Censor negatum iri, illud Syllogisticè stabiminare præsumit in hunc modum.*

Q

Qi nihil omisit, inqit, qod fieri lex præcipit, is legi obedientiam perfectā præstitit.

At, qi legem nunqam transgressus est; nihil ex eis omisit, qæ fieri lex præcipit. siqid enim omisit, transgressus est. E.

*Ego verò conseqentiam istius sophismatis nego: qia in eo insunt qatuor termini: tum propter æqivocationem modò expositam minoris extremi; tum etiam medij argumenti.* Nihil omittere *enim bifariam dicitur: vel qi omnia præstando nihil agendum relinqit; vel qi nihil cum culpâ omittit, h.e. qi omittendo non tantùm illicita; sed etiam qæ qidem licitè, at non ex officio & debito, præstari poterant; nihil peccat. Priore sensu, Christus solus reverâ nihil omisisse dicitur eorum, qæ legi præstanda, tam qoad obedientiam, qam qoad pœnam, tum à nobis, tum ab ipso, ut Mediatore nostro, debebantur. Posteriore sensu, Deus qoq; nihil eorum omisisse dicitur, qæ ad conversionem hominum, ac præsertim vocatorum ad salutem, facerent,* Jes.5.v.4 *tametsi non omnes omnipotente suâ virtute ita convertit, ut* Saulum *persecutorem,* Act. 9.v.3. *qod cum possit, minimè tamen debet.*

*Major itaq; Propositio Syllogismi, priore*
n.17 *sensu accepta, est vera: ut, qi agendo nihil omisit eorum, qæ lex præcipit, legi obedientiam perfectam præstitisse, putandus sit. Et sic qidem Christus reverâ; nos verò in Christum credentes, imputativè.*

*Minor autem eodem sensu, ex parte falsa*
n.18 *existit; cum qi legem nunqam transgressus est, illicita non committendo seu omittendo, propterea cuncta egisse, qæ lex agenda insuper præcipit. Si namq præcepta & de-*

*bita omisit, utiq; transgressus qidem est, legi præcipienti non obediendo. at non propterea, si lege vetita, & illicita cavendo nunqam est transgressus, agendum nihil omisit.*

*Posteriore sensu è diverso, propositio major est falsa, Eum qi illicita aut non debita omittit, perfectam proin legi obedientiam præstasse. Minor contrà vera, isto sensu, existit: Eum, qi legem nunqam transgressus est, nihil culpabiliter omisisse, eorum, q.e lex fieri præcipit, omittendoq; nihil peccasse.*

*Cui negotio rectius cognoscendo ac dijudicando, operæ pretium fuerit, cum terminorum simplicium significationem, tum eorundem ad invicem consecutionem, probè observare. Termini simplices, cùm de legis præstatione aut transgressione sermo est, occurrunt tres mediatè oppositi, & objectis suis disparati:* Agere, committere, & omittere. *qorum illi duo, extremorum; hic verò medij locum inter utrumq; obtinet.* Et agere qidem *dicimur bonum morale præceptum:* committere, *malum prohibitum;* omittere, *utrumq; seu bonum, seu malum. Primum deputatur virtuti. Secundum, vitio. Tertium, partim vitio, qoad bonum omissum; partim virtuti, qoad omissum malum. Atq; hinc ad τὸ* agere bonum, *conseqitur* non-omittere bonum, & non committere malum: *licet non vicissim. Ad τὸ* committere malum, *conseqitur* non-agere, & omittere bonum: *non autem vicissim. Ad τὸ* omittere *verò, neq;* agere, *neq;* committere, *conseqitur. Sed ad τὸ* non-omittere bonum, *illud idem agere;* & ad *τὸ non omittere malum,* illud idem committere, *conseqitur. Qæ qidem paulò pluribus hic monere visum est: qod videam, paralogismum*

*[...]ralogismum istum, verè sophisticum, & plausibilitate suâ speciosum, plurimis adhuc, non tyronibus modò, sed etiam in Theologiâ provectioribus, in hâc de justificatione controversiâ, imposuisse.*

Multus est hîc Vir Cl. in technis & versutijs comminiscendis; qibus argumenti, qo arctè nimis constrictus tenetur, laqeis semetipsum expediat; multus in pulvere fumoq; excitandis, qibus legentium oculi præstringantur, qo minus nervi ejusdem eis conspicuè se prodant: T.G.

1. Enunciatum primarium æqivocationis incusat. *Transgressionem legis*, inqit, *impropriè sumit, & generaliter accipit, etiam pro omissionis peccato, qo legis præceptum negligitur: cum tamen propriè & specialitèr, juxta nativam significationem, commissionis duntaxat peccatum, qâ lege vetitum patratur, denotet.*

Atqi, 1. Detur, (qod non probatur tamen) esse eam *propriam ac nativam* vocabuli hujusce *significationem*, qam Vir Cl. vult. Nihil est necesse, ut juxta propriam ac nativam significationem vocabula semper usurpentur. alioqi nec *piscinam* dixeris, nisi qæ pisces habeat; nec *mensam* τράπεζαν, nisi τετράπουν: ne à Comico audias;

* καὶ πόθεν ἐγὼ τρίπουν τράπεζαν λήψομαι; Nec Flacci * *mensa tripes*, τράπεζα fuerit. Imò nec *transgredi* pro peccare, aut *transgressio* pro peccato dicetur; qia neutra est vocabuli nativa propriaq;, sed tralatitia, atq; impropria, significatio. Usus *scil.* vocabulorum plus valet plerumq;, qam ortus ipse, aut natales. Ut enim

* *Aristoph. apud Athen* l. 2. *Polluc.* l. 10. c. 23. & *Eustath. ad Odyss. a.*

* *Serm. l.* 1. *sat.* 3.

enim nihil dicam, qam multa vocabula in sensu deflexo, qàm in primigenio, freqentiùs usurpata deprehendantur. In qibus est, cum Græcorum τὸ παραβαίνειν ipsum; tum Latinorum τὸ *dissidere*, & τὸ *evenire*, qæ in sensu traducto passim reperias; genuino rariùs: qanqam in isto Flaccus utrumq; usurparit, verbis illis; *Carm.l.*4 *od.*4.

Merses profundo: pulchrior evenit. & *Epist.l.*1.*ep.*1.

——vel si toga dissidet impar.

Illud ipsum, *Iustificare* verbum, unde, de qâ agimus, *Iustificatio*, si sensum proprium ac primigenium spectes, *justum facere* significat; sicut & *magnificare*, *magnum facere*. At nec *Iustificandi* verbum, aut *justificationis* nomen, eo sensu unqam ferè sumimus: siqidem apud priscos ac probatos autores neutrum uspiam comparet. nec *magnificare*, qod apud horum qosdam reperitur, sensu isto usqam sumptum occurrit. Hocq; ipsum, de qo agitur, *transgrediendi* vocabulum; sicut & τὸ παραβαίνειν Græcum, si primam propriamq; utriusq; significationem spectemus, aliud planè sonat, qam aut ipse istic, qi laxiùs sumo, aut Vir Cl. cui strictiùs sumi placet, eo uterq; designamus. Ad nativam itaq; propriamq; vocum istarum significationem cum revocare atq; adstringere vult Vir Cl. Censuram rigidam satis, liberam nimis, in nos exercet; suamq; eâ nostri reprehensionem, non minus, qam dictionem nostram, castigat.

Usus, seqitur, ut in qam partem faciat, videa-

videamus. Sensu itaq; laxiori, ut tam *omissi*, qam *commissi* delicta comprehendat, *transgrediendi* vocabulum usurpari, si vel negaverit, vel hâc in parte ambiguus hæserit, Vir Cl. legat *Samuelis* cum *Saule* disceptationem, 1.*Sam* 15. *Mandata mea*, inqit Dominus de *Saule*, *non præstitit*, *vers*. 11. At *Saul Samueli*, *Præstiti*, inqit, *vers*. 13. Contrá *Samuel*; *non paruisti mandato Dei*, *vers*. 19. Cui *Saul* rursus; *Imò parui*, *vers*. 20. Mox tamen mandati non observati evictus; *Peccavi*: qia (עברתי παρέβην, Græci) *transgressus sum mandatum Dei*, *vers*. 24. qomodò, nisi non parendo, non præstando? Legat Domini Christi cum Scribis & Pharisæis, *Mat*. 15. *Qare*, aiunt illi, *discipuli tui παραβαίνουσι* (עברין Syr) τὴν παράδοσιν, *transgrediuntur traditionem seniorum?* Vulgat, *vers*. 2. Qibus vicissim dominus: *Qare* & vos παραβαίνετε (עבריו). τὴν ἐντολὴν, *transgredimini mandatum Dei*, *propter traditionem vestram?* *Vulg*. *vers*. 3. Utrumq; autem officij omissi ac neglecti crimen fuerat; tum cujus illi discipulos Christi insimulabant, tum & in qo suos illi confirmabant. Poteram hîc ad Interpretes Septuaginta (qi vocantur) provocare; qi סור Hebræorum, qod recedere, sive declinare significat, per verbum παραβαίνειν creberrimè reddunt. Ut *Deut*. 17. 20. & 28. 14. & alibi. atqi, tam omisso, qam admisso, à Deo, Deiq; mandatis declinatur ac receditur. illoq; potiùs, qam isto sensu, verbum סור usurpari consuevit, *Psal* 34. 14. & 37. 27. ubi

סור idem est qod חדל *Esaiæ.* 1.16. Poteram ad Sirachiden; qi *cap.* 31.10. Τίς ἐδύνατο παραβαίνειν, καὶ οὐ παρέβη; καὶ ποιῆσαι κακά, καὶ οὐκ ἐποίησεν; ubi vulg. *Qi potuit transgredi, & non est transgressus? & facere mala, & non fecit?* Poteram & exteros advocare: & Hesiodi illud ex Theogoniâ de Parcis arcessere;

Αἵ τ' ἀνδρῶντε θεῶντε παραιβασίας ἐφέπουσι.

Qæ divûm atq; hominum passim in delicta sequuntur. Et Synesij illud ex epistol. Ἀλλ' ἀνάγκη γὰρ ἐν καιροῖς ἀπαρρησιάστοις τὴν ἀκρίβειαν παραβαίνεσθαι. h. e. de summo jure, sive justitiæ tenore exacto, remittere. Poteram & ex phraseωn analogiâ argumentari. Certè enim, si ὅρκους παραβαίνειν dicuntur, qi sub juramento datam fidem qoqo modo fallunt: non video, cur νόμους παραβαίνειν minùs dicantur, qi & adversus legem, qocunq; tandem id modo fiat, deliqerint.

Qin &, si id opus esset, possem insuper ad *nativam propriamq;* vocum istarum significationem confugere. Siqidem verbum παραβαίνω, si præpositionis vim primariam spectes, præterire, prætergredi, prætervehi, præterferri significat. qod est omissionis potiùs, qam admissionis; neglectiq; magis, qam perpetrati alicujus, officij. atq; hîc liceret ab affinis verbi τοῦ *transilire* significatu argutari; qod pro negligere & omittere haud rarentèr usurpatur. Ita *Cicero* de orat. l. 3. *Ingenij specimen est qoddam, transilire ante pedes posita, & alia longè repetita sumere.*

Ubi

Ubi *transilire* dixit, qod Flaccus (qo * Callimachi τὸ παραπέτεσθαι exprimeret) *transvolare, serm, l.1. sat.2.* de affectu insano & fastidioso. * *In Epigram qod D. Heins. in Horat. exhibet.*

Transvolat in medio posita, & fugientia captat. eoq; magis *transiliendi* verbum huc liceret evocare; qia *Ciceroni* eidem in Paradox. *Peccare est tanqam lineas transilire.* Proinde, si cui litigare animus esset; hunc sensum, qo omissi neglectiq; efficij ratio habetur, κυριώτερον, utpote priorem potioremq;, esse, inde posset contendere; qod ea qæ præterimus, negligimus, insuper habemus, *transilire*, ac *transvolare* dicimur. qidni autem & *transgredi?* siqidem id *transgredi* dicimur, qod prætervehimur, & à tergo relinqimus; non id autem, ad qod vel appellimus, vel impellimur.

128 Verùm, qod nobis suffecerit; qanqam *transgrediendi & transgressionis* vocabula, in peccandi sive delinqendi, sensu usurpata, apud priscos probatosq; Latinæ linguæ scriptores, vix, aut ne vix qidem, deprehendantur: tamen cum jam sint ita usu communi recepta, ut Græcorum τῷ παραβαίνειν καὶ τῇ παραβάσει ἤτοι παραβασίᾳ respondeant; ex æqo cum illis latè laxeq; sumi, qod prohibeat, nihil est. Cæterum ista è *penu philologico* deprompta, minus placere sibi * jampridem Vir Cl. monuit. Missa itaq; faciamus; nisi qatenus ipse ulteriùs proseqendi ansam præbuerit. * *Supr. n.* 13. & *Sect.* 2. *n.* 29.

129 Ad Apostolum etenim ipse provocat. et Apostolum ergò audiamus. Is scil. *transgressionis appellatione, commissionis duntaxat*

*taxat peccatum denotari*, confirmat. At ubinam, quæso, Apostolus istud ostendit? Scil. *Rom.* 4. 15. & *Hebr.* 2. 2.

Atqi 1. probandum adhuc superest, locis hisce Apostolum *transgressionis* vocabulum, non pro delicto peccatove quovis generatim usurpasse. certè qin sic usurparit, qod obstat, nihil est. *Ubi*, inqit, *nulla lex, nulla ibi transgreßio.* Omninò, ubi lex non est, tam nec omittendo, qam nec committendo, potest adversus legem delinqi. Rursus; *omnis*, inqit, παραβασία, καὶ παρακοὴ, *transgressio & inobedientia, justam retributionis mercedem retulit.* qanqam nec est necessarium, ut strictiùs istic qām illic sumatur: demus tamen hoc illi. imò, ut liberaliùs agamus; demus utroq; loco Apostolum sic usurpasse. Ergone seqitur, hoc modo duntaxat, non & alio usurpari? nullus dixeris.

Ego verò Apostolum ipsum appello, qanqam poteram Viri Cl. ipsius conscientiam, (qod mox videbitur) appellare. Verum impræsentiarum, Apostolum appellasse, sufficerit; qo autore aliter usurpari confirmem. Is, cum ad *Gal.* 3. 19. *transgreßionum causâ adjectam legem*: cum ad *Hebr.* 9 15. *Christum* ait, *mortem obÿsse ad redemptionem transgreßionum sub priore fœdere*: aut fidelium priscorum illorum delicta aliqa Christi sanguine non redempta, statuas; aut transgressionum nomine, tam omissi, qam commissi, peccata, ab Apostolo comprehendi, agnoscas oportet.

Hactenus de vocabulo ipso vidimus:

jam de æqivocationis crimine objecto videamus. Detur itaq; 2. transgressionis vocabulum, qo usus sum, anceps esse; meq; *improprie & generaliter* usurpare; ut *omissionis* qoq; *peccatum* comprehendat: cum proprie & specialiter, juxta nativam significationem, commissionis duntaxat peccatum denotet. nunqid propterea phraseon æqivocatione ludere, Vir Cl. concluserit?

Atqi 1. ecqa est æqivocatio, vocem aliqam sensu generali usurpare, etiamsi specialius qandoq; accipiatur? præsertim, si ex dictionis ipsius serie pateat liqido, qo qis sensu sumat. Ergo eqivocatione luserit Apostolus, ubi *judicaturæ* appellatione, generaliore vocabuli sensu ac significatu usus, castigationes qoq; divinas comprehendit, 1. *Cor.* 11. *v.* 31, 32. qia *judicatura*, proprie strictèq; accepta, non eousq; se porrigat. Luserit Theclogorum chorus totus, cum *peccatorum* appellatione, tam infantes, qam adultos; *peccati* nomine, tam vitium nativum, qam vitæ lapsus, designant; qum actores illud, actum istud duntaxat, proprie stricteq sumptum denotet. Æqivocationis notam incurrere, ego hactenus eum existimaveram, non qi vocabulo aliqo usus fuerit, qod æqivocum existat; (ecqod enim ferè non est? homo, canis lupus, vulpecula, ardor, æstus, &c.) sive, qod nunc strictius, nunc laxius, sumatur: (qis enim non ejusmodi solens utatur?) sed qi ab uno vocabuli ambigui sensu ac significatu ad alterum ratiocinatur: vel altero accipere

videri vult, cum altero reverâ velit. Certè, aut qid æqivocè loqi sit, non advertit satis Vir Cl. (neq; enim ignorare potest) ista cum scriberet, aut hanc putidam calumniam esse, nescire non poterat.

2. Si transgressio propriè sumpta, tam stricti significatus sit, nec alitèr ferè usurpetur; malè potius ego consului mihi, cum exceptionis occasionem qod subministraret, vocabulum usurparim. Tantum abest ab eo, ut causam meam æqivocatione juvare, aut hac ratione imponere cuiqam, voluerim.

3. Sed de enunciato ipso Viri Cl. sententiam audiamus, id sic est à me conceptum. *Is qi legem nunqam transgressus est, legi obedientiam perfectam præstitit.* de isto sic distinguit Vir Cl. post *transgressionis* sensum duplicem datum, *Illo*, inqit, *sensu*, stricto scil. *non est verum.* qod & probat *Chrysostomi* testimonio à meipso *superiùs allegato*; qi dixerit *scil.* (qod nuiqam tamen affirmavit) *Non fecisse bonum eum, qi legem minimè sit transgressus.* Atqi hoc est reverâ *Chrysostomum* contumeliosè habere; non redarguere, siqid seciùs senserit, sed absurdas illi sententias affingere, qas commentus ipse fueris, de qo * superiùs disceptata videri poterunt. Verum hoc sensu, qo ego non sumo, per me falsum esto; Censuræq; isti *Chrysostomus* qoq; esto suffragatus. At alio planè sensu sumere me, Vir Cl. ipse agnoscit. An non igitur præclarè me meaq; refellit, qi sic respondet? *enunciati tui verba æqivoca sunt: & alio qidem, qam tu sumis, sensu*

* Num. 58.

*si sumantur, falsum est*. at eo, qem ipse volo, velleq; me agnoscit, si sumantur sensu, qid est? ecqid aliud, mirum ni, qam, qod, ipse cum norit, prologi non sustinet, verum?

n.34 4. Cæterum, næ delirus ego forsan haud immeritò videar, qi nugis hisce excutiendis tricisq; extricandis, tantum temporis conteram, tantum dictionis insumam. Proinde, ne de verbis rixam ulteriùs proseqamur; substituatur, si placet, loco formulæ illius (uti Vir Cl. censet) æqivocæ, qam eam notam spero

n.33 non admissuram, formula ista; *qi adversus legem deliqit nihil*, aut qicqid aliud in mentem hanc admittere Viro Cl. libuerit, tum de ratione adjunctâ videatur.

Frustra enim est Vir Cl. qum enunciatum meum, non meo, sed suo, qem is affingere velit, sensu confirmatum ire me, non existimat, sed existimare videri vult.

n.35 . Ad syllogismum igitur, qo id confirmo proceditur. Is verò Viro Cl qi nusqam magis sophistam agit, qam ubi sophismata maximè crepat, *sophisma est*; paralogismus *scil*. qi *terminis qatuor* consistat, *ab æqivocationem, tum medij, tum & majoris extremi*. Ego verò, si id necesse foret, tasve esset in re tam frivolâ, possim illa dejerare, eodem me utrobiqs sensu sumere utrumq;. qod ubi fuerit, termini tribus plures esse non possunt. qomodò enim termini plures, si *nihil omittere qod lex præcipit fieri*, eodem in propositione, qo in assumptione; *legem nunqam transgressum esse*, eodem in assumptione, qo in complexione, sensu sumatur?

De-

De posteriore, ad prius dicta refert: n.3
eodemq; ipse. de priore sic distinguit, ut *nihil omittere*, sit, *vel omnia præstando nihil agendum relinqere; vel nihil cum culpâ omittere. h.e. omittendo non tantùm illicita, sed etiam qæ licitè, at non ex officio debito præstari poterant, nihil peccare. priore sensu, Christum nihil omisisse eorum, qæ legi præstanda debebantur. Posteriore, Deum nihil omisisse, qod ad hominum salutem faciat. Majorem propositionem priore sensu acceptam, veram esse, ut qi agendo nihil omisit eorum qæ lex præcipit, legi obedientiam perfectam præstitisse, putandus sit. Minorem autem eodem sensu, ex parte falsam esse; eum qi legem nunqam transgressus est, illicita non committendo, seu omittendo, propterea cuncta egisse, qæ lex agenda insuper præcipit. Etenim si præcepta & debita omisit, utiq; transgressum esse legi præcipienti non obediendo. at non propterea si lege vetita & illicita cavendo nunqam est transgressus, agendum nihil omisisse. Posteriore sensu, propositionem falsam; minorem veram esse.*

At vero ista omnia, (ignoscat Vir Cl. si tam insipida legendi describendiq; tædio affectus, liberiùs paulò proloqar) sunt sophistica ac nugatoria planè.

1. Distinctio duplici ratione peccat. n.37
Qippe pars altera est mera ταυτολογία. Ecqid enim est *omnia agere*, qam *nihil omittere*? ecqid *nihil omittere*, qam *omnia agere*? Proinde tam de omnia agendo, qam de nihil omittendo, denuò distingui poterit, eodemq; planè de istâ formulâ modo, qo & de illâ. Ac perinde idcirco

his

hic agitur, ac siqis, ubi Apostoli, *Act.* 5.20. verba omnia illa proloqi jussi, cum officij neglecti accusarentur, ratione hâc se defenderent?

Qi nihil eorum, qæ proloqi jussus est, tacuit; is officio suo satisfecit.

At nos nihil eorum, qæ proloqi sumus jussi, tacuimus. Ergò, *&c.*

Responderet sic distinguendo; *Nihil tacere bifariam qis dicitur, vel omnia proloqendo nihil tacere*; vel, pro altera distinctionis parte, qicqid Viro Cl. comminisci & substituere libuerit. qicqid enim fuerit, tam ad rem fecerit, qam qę istic ipse. Istud autem an non nugatorium foret, alij qivis per me licet sententiam ferant.

8 Pars altera distinctionis est merè superflua; nec ad controversiam præsentem qod pertineat, qicqam habet. nos de eis agimus, qi ad officia præstanda lege tenentur; hæc de eis, vel de eo potius, Deo utiq; cui, ut de Principe ille olim, * *legem nemo præscripsit*; aut, si tam impius qis fuerit, ut præscribere ausit, ipse tamen immunis manet. tum qam bellè inter se comparata sint distinctionis membra legenti cuivis pensitandum relinqo.

* Plin. in panegyr.

9 2. Majorem agnoscit, sensu priore veram esse; acsi adjectâ nugatoriâ planè explicatione suâ; qâ nihil dicit, qod non prius inerat; vera *scil.* jam fieret, qod alioqi non existeret.

10 3. Verum *Minorem hoc*, ait, *sensu falsam esse*; *eum* scil. *qi legem nunqam transgressus est, illicita non committendo, seu omittendo, propterea cuncta egisse, qæ lex præcipit*, &c. nam iteratò toties transcribere non est tanti. Atqi

Atqi 1. dat verbis meis mentem eam, qam me non agnoscere, imo nolle, supra ipse agnovit. Sic enim ipse superius paulò, transgressionis vocabulum accipere me *sensu generali*, ut tam omissi, boni scil. qam commissi, mali utiq; peccata comprehendat. Qàm autem puerilis est iste disputandi modus si dicas; Assumptio tua non est vera, si eo sensu sumatur, non qem tu vis, sed qem ego volo, qemq; verbis illius affictum velim?

2. Agnoscit ipse qod prius negaverat, *transgressionis* appellatione etiā omissi ac neglecti officij peccata contineri. *Si præcepta*, inqit, *& debita omisit, utiq transgressus est, legi præcipienti non obediendo.* Et mox denuò, *legis præstatio & transgressio*, tanqam sibi invicem opposita, & adæqatè respondentia, disjunctivâ interjectâ, ἀντιδιαιρῦνται. Ita,

*Menander. Solet & imprudens lingua verum proloqi.

* ἡ γλῶσσ᾽ ἁμαρτάνουσα τἀληθῆ λέγει. neq; enim in animo habuit (opinor) Vir Cl. sibimet ipsi contradicere. sed neq; ex mente meâ sic loqi se obtendere licebit; qum minorem hoc sensu sumptam neganti sibimet denuò contradiceret.

4. De *sensu posteriore*, qo *majorem falsam, minorem veram* censet, nihil opus est dicere; qia ὧν ποιῦμεν ἀλλότριον.

Immota itaq; manet ratiocinatio nostra, utpote adversus qam ὐδὲν ὑγιὲς hactenus est allatum.

Deniq; *operæ pretium* certè ducimus, nobisq; est gratissimum, qod distinctionibus qibusdam, haud prorsus improbandis, licet ex parte aliqâ sibi invicem repugnantibus, id qod causæ nostræ est caput,

caput, tanqam calculo suo, Vir Cl. liqidissimè comprobavit. Sic enim verbis ipsissimis novissimè concludit; *Ad τὸ non-omittere bonum, illud idem agere; & ad τὸ non-omittere malum, illud idem committere conseqitur.* Mitto, qòd hoc idem in prioribus negaverat; ubi *ad τὸ agere bonum,* dixit, *conseqi non omittere bonum, &c. sed non vicißim.* qum hìc contra affirmet, *ad τὸ non-omittere bonum, conseqi idem illud agere.* Qo nihil potuit ad propositionis meę confirmationem dici disertiùs. nam assumptionem nec ipse veram esse diffitetur, si legem nunqam transgressum, eo sensu sumatur, ut adversus legem nihil qoqam modo deliqisse denotet. qo sensu qoq; me accipere non confitetur, sed ultro profitetur ipse, qo ęqivocationis crimen appingat.

141 *Locum ad* Rom. 8. v. 4. Ut justitia legis impleretur in nobis; *malè interpretatur Censor. h. e.* ut legi satisfieret: qod victimâ illâ Christi factum est. *Neq; enim justitia legis, est pœnalis satisfactio; sed obedientiæ legi debitæ præstatio. Neq;* hoc est ὁλοκαύτωμα καὶ θυσία περὶ ἁμαρτίας *prout* Hebr. 10. v. 6. *sed* δικαίωμα τοῦ νόμου, *qod* in nobis implendum *dicitur.* L. L.

145 Περὶ τοῦ δικαιώματος satis est dictum * superius: qo et lectorem remitto. T. G. * Ad Replic. Sect. 2. n. 10, 11 12, & Sup. n. 27, 33.

142 *Qando dixi ego illam ipsam legis implet ionem, seu obedientiam perfectam à Christo præstitam, credentibus imputari: id verum esse tacitè negat Censor; dum τὸ χριστούμενον* hìc à me peti, & sensum *alienum loco ad* Rom. 10 v. 4. affingi, nec probari, *criminatur. At falsò. num enim probationem* L. L.

παρενθέσει

*περιενθέντι inclusam videre non potuit; qui illa ipsa legis impletio, seu obedientia perfecta, nihil aliud sit, qam justitia?*

*Ex contrario, Chimærica illa, & sine subjecto existens justitia, qæ morte Christi parta sit,* probari debuit: *qæ cum ab ipso supra ad** pag. 43. *tum* à D. Piscatore *passim, in medium* adducitur. Actori siqidem, *qi ipse est,* incumbit probatio.

* Ad Replic. Sect. 10. n. 3. T.G.

Lynceis minimum, opinor, opus est oculis, ad *probationem* deprehendendam in *parenthesi* illâ delitescentem. Videant qibus est visus meo perspicacior: neqꝫ enim assequi possum ego, qi è voculis illis *περιενθέντοις* syllogismum qeat Vir Cl. contexere, qo hunc à se allatum, genuinum loci sensum esse, probetur: nisi si, aut idem per idem, qod toties taxat, aut controversum per pariter controversum, ire voluerit confirmatum.

2. De *Chimæricâ*, qæ subinde infercit, *justitiâ*, qod sit *ens sine subjecto*, &c. ubi rem bene putaverit, indicta volet. nec esse meram Chimeram; sed dogma verè Christianum; qodqꝫ cum rationibus solidis nitatur; tum & in prægressis abunde satis fuerit comprobatum; monere poterant, si secum seriò perpendat, qæ veritatis ipsius vi ac conseqentiâ necessariâ, in responsione ad argumentum paulò ante agitatum, agnoscere coactus est. Siqidem enim *ad τὸ non omittere bonum, illud agere necessariò conseqitur:* tum, qi boni omissi cujusqꝫ reatu liberatur, eodem loco habebitur, ac si bonum omne egisset. istud autem nî sit justum haberi, ecqid fuerit? citra justitiam autem qis justus? at primum illud

illud Christi morte comparari concedit ipse. Et postremum hoc igitur. nolit ergò Vir Cl. aut Chimæram amplius vocitare, qæ ex ipsius concessis exurgit, aut probationem à nobis exigere dogmatis illius, cujus ipse fundamenta nobis suppeditat.

*Qod ad legis pædagogiam: rectè qidem, pædagogus ad Christum lex* ceremonialis *fuisse, dicitur, non credentibus qibusvis, sed Judæis tantùm, Christi exhibitionem antegressis: atq; hoc illius officium, fide veniente, cessavisse. At inde minimè tamen conseqitur, non etiam legem moralem, nobis atq; credituris qibusvis, pædagogum ad Christum esse aut fuisse: dum nos rigidâ perfectæ obedientiæ præstandæ exactione, & maledictionis illam non-præstantibus denunciatione, ad desperandum de salute per nos ipsos conseqendâ adigit, & ad qærendam illam in unico mediatore Christo, extimulat: atq; hoc etiam illius officium, fide supervenient cessare*, Gal. 3. v. 24, 25, 26. L.L.

48 Hoc esse *legis officium*, non negatur. Verum de hoc eo loci nihil qicqam Apostolus. Sed nec Legis, qà *pædagogi*, officium hoc. T.G.

45 *Ad* pag. 16. * superius pag. 48. & 49. de hoc loco Rom. 4 v. 4, 5, 6, 7. ne gry qidem dictum fuisse, *norat Censor. Ego verò, non de verbis Apostoli; sed de rebus ipsis, vitâ nimirum legi obedientibus promissâ, non in passione & morte, sed in justitiâ & obedientiâ Christi, qærendâ & obtinendâ dictum fuisse, intellexi.* L.L. * Sect. 6. n. 3, 4, 5.

n.49 Eô igitur provocetur, siqid controversi subest. T.G.

n.26 Propositio Piscatoriana, *nec* vera potest L.L.

esse,

esse, *nec est, exclusivè accepta.* Qo nempe peccatorum remissio nobis impetrata est, id solum nobis ad justitiam imputari. *Idq;* & ex eo, qòd remissio peccatorum, & justitiæ imputatio, & justificatio, unum prorsus idemq; *non* sint: (*cujus oppositam hypothesin, qod unum idemq sint, Censor hîc falsam agnoscit & confitetur*) et ex eo, qod etiamsi *justificatio ad remißionem peccatorum & justitiæ imputationem, conseqatur*; ista tamen duo, à se invicem distincta, *non* sint necessariò inter se connexa; nec in peccatoris causâ, pro cujus culpâ satisfactum est, alterum ab altero pendeat, profluatq; necessariò; *qantumvis ex divinæ voluntatis hypothesi, justitiæ imputatio prævium sibi remißionem peccatorum præreqirat.* *Et ex eo demq,* *qod utrumq istud,* satisfactionis unius ejusdemq; *particularis virtute meritoq;* *neutiqam habeatur.*

T.G. 1. Negatur, *justitiæ imputationem prævium sibi remißionem peccatorum,* vel ex rei ipsius naturâ, vel etiam *ex divinæ voluntatis hypothesi præreqirere.* Utpote qæ sit potius justificationis, ex interveniente pro admissâ priùs culpâ satisfactione, efficacis, conseqens necessarium.

2. Affirmatur, *duo ista esse in peccatoris, pro qo satisfactum est, causâ, necessariò connexa,* remissionemq; ad justificationem conseqi necessariò; & *satisfactionis unius ejusdemq merito acqiri.* Idq; hoc fundamento; qod satisfactionis, cum sit justa plenaq; pro culpâ cumpensatio, datæ acceptæq; virtute, eodem loco jam delinqens qi fuerat, habeatur, ac si nunqam deliqisset.

liqiſſet. eodem autem loco cum habeatur, ac ſi nunqam deliqiſſet, juſtus cenſeatur, neceſſe eſt. qî enim alius, qi nihil unqam deliqerit? juſtus cum habeatur; & juſtificetur, eſt neceſſe. *Deut.* 25. 1. hoc eſt abſolvatur, & inſons prorſus denuncietur, unde offenſa omnis jure remittatur & tollatur, eſt itidem neceſſe. Hæc autem utrum rationi ęqitatiq; ſint omnino conſentanea, ſerieq; juſtâ ac firmâ tam neceſſariò ſibi invicem connexa, ut ratione nullâ divelli qeant; an verò ſecus ſe habeat; non meum, ſed legentium qorumcunq; liberum eſto judicium.

17 *Concludit tandem Cenſor, cenſuram hanc & animadverſiones ſuas, ſcommate ironico* Fælicem me ſatis in adverſario refellendo; at in meis ſtatuendis firmandiſq; haud itidem, *dictitans.* L.L.

18 *Ego verò ad piè docti ac candidi lectoris judicium, ſuper utroq; iſto, provoco. Et qidem, qod ad poſterius pertinet: cum ego non veris falſa remiſcens, uti Cenſor hic facit; ſed diſtinctè procedens; ( qod eſt* meum, *non* πρῶτον, *qod Scripturæ ſacræ meritò debetur; ſed* δεύτερον ἀληθές*)* *cum, inqam, ego,* inter hominem *actualiter* juſtum coram Deo & injuſtum, diſcrimen juſtum *per* medium aliqod, dederim; *ſtatum videlicet hominis culpâ omni immunis, & habitualiter duntaxat juſti: ( qualis* Adam *in primâ ſuâ conditione fuit: anteqam qicqam adhuc boni ſeu mali patraſſet ) cumq; etiam* inter vitam *beatam, &* mortem *peccati pœnam,* medium *vitam naturalem* dederim: *vel ipſo Cenſore judice: in meis ſtatuendis firman-*

*disq;* satis fælix *fuero: & è contrario,* reliqa ipsius & D. Piscatoris disputata contra me omnia, confestim per se corruant, *necesse fuerit.*

Inter eum *verò,* qi omnia Dei jussa observaverit, eumq; qi *sic agendo* hominum nihil prorsus omiserit; *itemq;* inter liberationem à pœnâ damni, & damni illati resartionem, *uti discrimen à me hactenus non est datum, ita nunqam etiam deinceps dabitur: qippe nullum unqam me daturum præsumpsi, aut promisi. Ut nihil propterea contradictionis, à* Gre. Nysseni *dicto, qo Censuram claudit Censor, mihi sit metuendum.*

*Qodsi tamen etiam mihi liceat, animi mei* n.[illegible] *sententiam, de Censurâ istâ explicare: Lusum potius ingenij fœlicis, & me* [illegible] *, qam seriam sententiæ Piscatorianæ defensionem esse existimaverim.*

*Secus non statim à principio statum qæ*- n.5[illegible] *stionis pervertisset; neq; in progressu disputationis, tot sophisticis æqvocationibus, principij petitionibus, & elenchi ignorationibus, usus fuisset Censor: qem aliàs, tanqam virum ætate & eruditione prægnantem, pietateq; gravem Theologum, ut ab amicis cognitum habeo; sic in Domino suspicio & colo.*

*Faxit Opt. & Max. ut veritatem ipsius* n.[illegible] *studio serio habeamus, eamq;* [illegible] *potius, qàm* [illegible]*, nedum* [illegible]*, propugnare satagamus. Cum iste disserendi modus, uti pravus est, ita non nisi contentionem de se parit: à qâ tamen Dei servos abesse convenit.*

T.G. Mihi verò Vir Cl. scommata jacere n.52

non

non est solenne. neq; dictis meis istic, aut *scomma*, aut *ironia* ulla, nedum σχῆμα subest εἰρωνικὸν. In parte alterâ, adversario *scil.* refellendo, *fœlicem satis*, non simpliciter, sed ex hypothesi, dixi; si Piscatoris utiq; *hypothesin illam falsam esse demonstrasti*: qam & ipse falsam esse ita concedo tibi, ut tamen de demonstrationibus à te adhibitis nihil istic pronunciem. In alterâ, *tuis* scil. *propugnandis*, *haud itidem*; fœlicem nempe extitisse. Hoc autem an pro *scommate*, & qidem *ironico*, haberi debeat, nihil est, cur cujusvis, non in Viri Cl. verba jurare parati, judicium reformidem.

De reipsâ, eosdem ipsos appello, ad qos Vir Cl. provocat. qibus illud ipsum qoq; pensitandum relinqo; non solum, uter nostrum *veris falsa remisceat*, sed uter etiam falsarium aliqoties egerit.

Ipsum interim, Virum Cl. monitum velim, (nam legentium judicio cur diffidam, nihil video) qænam media, qænam discrimina, assignare necesse habeat, si causam suam obtinere velit. *medium* nimirum in eodem homine, qi coram Deo justificandus sistitur, *inter justum & culpâ omni immunem.* hoc enim nisi datum fuerit, conseqetur necessariò, ut qisqis culpâ omni immunis deprehenditur, idem hoc ipso & justus censeatur. *inter mortem æternam, & vitam æternam.* hoc enim nisi extiterit; ad liberationem à morte æternâ, qæ Christi morte conqiritur, conseqetur

conseqetur necessariò jus vitæ æternæ. &, ne de medio objiciat Vir Cl. *inter mortem peccati pœnam & vitam beatam*: nî *inter liberationem à pœnâ damni, & damni illati resartionem discrimen* valeat comminisci; ubi pœnæ pars fuerit damnum vitæ beatæ, pœna integra non tolletur, nisi damnum illud resarciatur; nec damnum resartum præstabitur, nisi vita beata restituatur. utrumq; autem illud, liberationem utiq; & à morte æternâ, & à pœnâ peccati universâ, ad qæ alterum istud utrumq; conseqitur necessariò, Christi morte comparatum, nemo iverit inficias. Deniq; *inter eum qi omnia Dei jussa observaverit, eumq; qi horum nihil prorsus omiserit*. (qorsum enim cum Viro Cl. adjiciam nugatoriè, *sic agendo?*) nam nisi hîc qoq;, aut medium, aut discrimen, aliqod qeat excogitari, consistet *palmarium argumentum* illud, qod à Viro Cl. hactenus infeliciter nimis est tentatum. Inter posteriora ista *medium dedisse, nec unqam datum iri*, virum ipsum Cl. confitentem habemus. Inter priora illa, an qale oportebat, dederit; sed & an inter ista dari causæ ipsius non intersit; sententiam ferant etiam, qos appellamus uterq;.

Sententiæ Piscatorianæ patrocinium ipse nunqam professus sum. ad utriusq; cum illius, tum & Viri Cl. disceptata, prout liberum erat, utpote qi neutri obstringerer, qæ visum est, adnotavi. Veritati ab utraq; parte laboranti, suppetias, qod poteram, latum ibam. De eâ sen-

tentiam meam, ab initio ſtatim prodidi; ut qo collimarent mea omnia, perſpicuum fieret, & qis eſſet de utriuſq; diſceptantium ſententiâ animi mei ſenſus. Hoc an vitio mihi verti debeat, alij cenſeant.

56 Qibus & deſcripti totius cenſurâ (qam hic protulit Vir Cl.) acerbâ ſatis, & imputationum odioſarum paritèr ac iniqarum, ad faſtum uſq; & faſtidium fœtâ, judicium ipſe lubentiſſimè permitto. Illud duntaxat profeſſus; non permiſſurum fuiſſe, ut animadverſiones meæ iſtæ ad manus ipſius pervenirent unqam, ſi tam ſtomachoſè, tam faſtuoſè, tam petulantèr, tam protervè, habitum iri exiſtimaſſem; imo ſi minùs grata futura, ſuſpicari potuiſſem.

57 Deniq;, qod ἀναλυτικῶς, καὶ διδασκαλικῶς, non διαλεκτικῶς, nedum σοφιστικῶς, iſta diſceptari poſtulat. ut nihil dicam, qam διδασκαλικῶς, ex *Ariſtotelis* mente, (qinqam alioqi διδασκαλικῶς hic, magiſtraliter ſatis) Vir Cl. hic egerit. (nam ſophiſticam qod attinet, facilius eſt multo adverſarijs objicere, qam à ſemet amoliri) Certè, ſi Dialectica ars eſt rectè riteq; diſſerendi; διαλεκτικῶς ego mecum agi ſemper velim: ab eâ ſemota ἀναλυτικὰ, καὶ διδασκαλικὰ qæcunq;, nullo apud me loco futura ſunt.

58 Cæterum qicqid; ſive calumniarum, ſive dicteriorum, vel iſtic, vel alibi, per bilis æſtum, Vir Cl. in me immerentem effudit, qod à ſcripti capite ad calcem uſq; facere non deſtitit, id ego totum illi

illi liberaliter & libenter condon...
superest, juxta Apostoli mon...
*Ephes.* 4. v. 15. & 31. affecti...
positis, ἀληθεύοντες ἐν ἀγάπ...
veritatem cum charitate sin-
cerâ sectemur.

***

# FINIS.

Errata sic corrigenda sunt.

In Scripto primo. pag 4. lin. 21. leg. ... p.6.l.1. ne à 10 l.11. abolendo p.13. ad l... p.14.l.8. teneamur p.16.l.3. mereretur l.18... nem p.17.l.37. factam p.18.l.20. exhibe... l.4 beatificatus l.6 imputat p.36.l.8 ... 39.l.19.--gunt p.40.l.1 liberant p ... fuerint p.62. ad l.12. T.G. p.75 l.2 ... l.18.--catorios l.25 auferam p.82.l.14 ... l.18. qam p.95.l.30. sed p.96.l.28. fuisse ... ad inst. p.99. T.G. Propositio, &c. præponi ... ... L.L. Atqi contra, &c. p.98. In vindic. ... p.2.l.2. concessis p.3.l.9. perfectè p.14.l... p.23.l.25. Iliad 8. p.24.l.13 rias p.25.l... simus. p.34.l.6.--sario l.6.--tendis p.3... simul. p.47.l.35. comprobari p.50.l.21. ... l.25. Secus p.63.l.34. ni com- p.64.l.22. eade... l.5 non-iustus fit l.30. secus fit p.68.l.2... 90.l.22. admordentem p.93.l.14. Lynceus ... afferunt. In Part. alter. p.4.l.24. Viri ... Christi p.16.l.29. Latronem p.25.l.28... 26.l.6. examussim p.44.l.12. tant p.60.l... 67.l.1. locum p.81.l.5. obiter l.31. ... l.21. conceditur p.88.l.19. copem p.93.l... p.98 l.13. aliquis, p.99 l.7.--tur operum ... edit. Paris. tom. 3. Savil. Græc. l.21. ... 100.l.7 adipisci l.9 Chrys. p.101.l.23... 102.l.30. laudem p.103.l.13. præcipuum l.1... p.105.l.35.--mittur p.107.l.5. irridet p.11... l.33. postmodum ibid. affin- p.119.l.21. ad ...